

MAHOMETES Bassa Amurati III. Turc. Imp. focero suo dif-  
A fuafit bellum Perficum, hoc Græcorum proverbio: Caudam  
ferpentis, qui dormit, non esse calcandam: alias futurum,  
ut excitatus, capite sursum eiecit, terribiliter pungat. Hier.  
Henniges in Genial. Imp. Turc.

PERICLES dictus est totam miscuisse Græciam eloquentia  
sua, quod arbitratu suo versaret omnia. Erasim. in Adag.

PYRHEAS etiamnum adolescens accessit ad dissuadendum,  
quæ in honorem Alexandri Magni ferebantur, rogationes  
Ibi cum diceret quidam: Tu juvenis tantis de rebus dicere  
audes; Atqui Alexander, inquit, quem plebiscito deum  
appellatis, me esse junior. Plut. in Apoph.

Romæ portam unam nominabant olim fenestram, juxta  
quam fortunæ cubile est, quod vocant: non quod Servius,  
qui rex fuit fortunatissimus, consuetudinem cum Fortuna,  
quæ ad eum ventitaret per fenestram, habuerit: sed quod re-  
mige defuncto Prisco Tarquinio, uxor ejus Tanaquil, quæ for-  
tuna cordata, & regalis erat, ex fenestra prospiciens, cives est  
affata, persuasitque eis, ut regem dicerent Servium, inde lo-  
cus hic appellationem invenit. Plutarch. in quæst. Rom.

Consule Locum Rhetoricæ.

Divinatio.

PRÆNOTIO. COGNITIO DIVINA. REVELATIO.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Divinatio proprie tantum est futurorum, quæ ex causis  
indeterminatis proveniunt, quorum prænotio solius  
est Dei. Unde dicitur Divinatio, quasi divina actio, sive  
notio. Græci *μαρτυρία*, à *μαρτυρία* à furore, ut ait Cicero  
lib. 1. de Divinat.

Fic autem vel revelatione divina, & sic dicitur Prophetia:  
de qua dicemus suo loco, vel ope Dæmonis, & hæc est pro-  
prie Divinatio, à qua vocamus Divinos, qui ope Dæmonis  
divinant. Estque illicita usurpatio notitiæ, vel prædictionis  
futurorum contingentium. Extenditur tamen ad aliorum oc-  
cultorum, quæ quis humano modo cognoscere nequit, illicitum  
studium, & patefactionem. Unde sub se complectitur  
omnes species Necromantie, Augurii, & Sortilegii. De qui-  
bus infra singulam.

DIVINATIONIS STUDIUM. RESPECTU ARTIS.

TUM QUOD COGNITIONEM.

Legimus, Lydam gentem, vel cum primis auguriorum, om-  
ninoque devotionum superstitionibus fuisse mancipatam. Cæ-  
lius 1.20. c. 14. L. D.

In Telsmesso, Cariz urbe, claruit aruspicum disciplina.

Tyrreni rerum naturalium investigatione, ac Theologia  
plurimo tempore impenso, pro cæteris in fulminum interpre-  
tatione versati sunt: adeo ut universus ferme orbis olim iis  
fulminum interpretibus usus sit. Diod. 1.5. c. 9. Rer. ant.

Siquis majora, quam pro sapientia humana vellet adæqui,  
ei dabat hoc consilii Socrates, ut divinationi operam daret.  
Enim ajebat, eum, qui sciret, quibus indicis dii hominibus ali-  
quid significent, nunquam à consilio divino destitui posse.  
Xenoph. 1.4. memorab.

Libros comparando, curando.

Quænam fuerit Sibylla, cujus carminibus fata sua Romani  
solicite rimabantur, requisivisse M. Varronem ferunt. Multi Cu-  
manam putant, ut Virgilius, qui eam vocat Deiphoben Glau-  
ci filiam. Glaucus vates fuit, qui artem Apollinem ipsum do-  
uit. Nisi quis Deiphilem malit dicere: nam & hæc ajunt  
libros attulisse ad Tarquinium Priscum, quos ipse in Capitolio  
condidit, quam Solinus dicit quinquagesima Olympiade  
rebus Romæ interfuisse. Quod si ita est, regi Prisco vendidit  
libros non Superbo, nam in quinquagesimam Olympiadem,  
victore Olympiorum Epiteldæ Lacone, & Archonte Athenis  
Archestratide, incurterunt. Et mors Prisci anno quarto, & ini-  
tium regni Servii generi ejus. Ita congruentius est, quod Varro,  
& Suidas dicunt Tarquinio Prisco, quam quod alii de Superbo,  
si modò Solino constat sua computatio. Visebatur hujus  
Sibyllæ facellum Cumis. Sed Varroni non videretur verisimile,  
vatem illam, quam Æneas consuluerit, potuisse pertinere  
Romana regna, etiam post quinque reges: ideo Ery-  
thraam potius fuisse putat, quæ de Romanis cecinerit: quarto  
tamen eam Dionysius facit consulam ab Ænea. Varro  
etiam illo argumento utitur, quod post incensum Apollinis  
templum, apud Erythraam Joniæ ipsa inventa sunt carmi-  
na.

Virgilius hæc eandem, ut puto, Cumzæm vocat: nam  
sicut Capella dicit: Cumis vaticinata est, Italici credo: E-  
bello de Nature miraculis, speluncam narrat esse Cumis urbe  
Italiz, Sibyllæ domicilium, quam multo dubiè patriæ favore,  
aut certè de alia sentientes. Non enim Virgiliæna e Cumana  
est: quæ libros Tarquinio vendidit, neque Virgilius affir-  
mat. Sibyllini libri à Tarquinio empti ad Cornelium usque  
Syllam mansere incolumes: tunc enim incensum Capitolio,  
ipsi pariter absumpti fuere. Siti enim erant in Capitolini Jovis  
templo, in arca lapidea, loco subterraneo, magna cura, stu-  
dioque servati. Tameñ ad Augusti tempora superfuisset, cof-  
que sub Palatini Apollinis basi conditos stetit, Suetonius  
auctor sit, ubi unum cum Martiorum carminibus, & Bægoe  
nymphæ, quæ Tulci artem scripserat fulguritarum, serva-  
bantur. Augustus Cæsar, cum multa vana nomine Sibylla-  
rum ferrentur, justis conquesta Samo, Erythraæ, Ilio, Affri-  
ca, & per Italicas colonias, carmina intra certum diem ad  
præfectum utbis afferri, & judicium censuratum quinde-  
cim viitorum adhiberi, ne haberi privatim liceret, quod jam  
a majoribus erat cautum. Tacitus *Lobantius ex Var.* Capito-  
lino resecto ex omnibus civitatibus, & Italici, & Græci, &  
præcipue Erythraiz, cæcæ, allatique sunt Romam, cujus-  
cunque Sibyllæ nomine fuerunt. Et paulò post: Feneftella,  
inquit, diligentissimus scriptor, de quindecimviris dicens,  
ait, restitit Capitolio reftitute ad Senatufconfultum Curio-  
nem Consulem, ut legati Erythras mitterentur, qui carmina  
Sibyllæ conquesta Romam deportarent. Itaque missos esse P.  
Gbinium, M. Octacium, & L. Valerium, qui descripsit à pri-  
vatis versus citra mille Romam deportaverunt. *L. Vives in lib.  
18. de Civit. Dei. c. 3. de Alex. 1.3. c. 16.*

EXERCITATIONEM.

Ad Superftitionem quoque hæc ipsa pertinent, licet di-  
verso respectu, quæ Tit. de Superftitione.  
Observando.

Cum Cratetis filiam Orgilaus Phalidis filius effet uxorem  
ducturus, & Crates in libando mediis casu rumpere: id in  
malum omen vertens, relicta sponsa cum patre se subduxit. G  
Quibus cum Crates paulò post aliquantum ex sacro auro sub-  
jecisset, Orgilaum, fratremque ejus indicta causa de rube præ-  
cipitavit, inde etiam amicos nonnullos eorum, & necessarios  
in Providentiâ sano supplices trucidavit. Multa cum essent  
hujuscemodi insecta, necatis Delphis Cratete, & feditiosis,  
ex eorum pecunia, sacra appellata, inferiora sacraria exadifi-  
cata fuere. *Plut. in Præceptis piloliciis.*

Cum Pythius Xetxem regem Perfarum, quem cum toto  
exercitu hospitio exceperat, orasset, ut ex quinque liberis ma-  
ximam natu sibi relinqueret, quæ jam gravem ætate in re  
domestica administranda juvaret: tulit id Rex iniquo animo,  
omen, ut credere par est, averfatus: Pythioque amarissimis  
verbis increpito filium, quem sibi depoposcerat, in duas partes  
disectum, dimidium hoc ad dexteram viæ, reliquum ad læ-  
vam statui jussit, exercitumque per hominem ita dimidiatum  
traduxit. *Sab. 1.2. Enn. 3.*

Cicero de Divin. 1. sic scribit: Quis rex unquam fuit, quis  
populus, qui non uteretur prædictione divina, neque solum  
in pace, sed in bello? Sed Romani in primis usi sunt, qui ni-  
hil in bello sine extis agunt, nihil sine auspiciis domi habent. H  
Coff. certè mox erat, non committere prælium, nisi consultis  
auspiciis. Ejus autem auspiciis res geri dicebatur, penes quem  
summa rei gerendæ erat. Romuli item legis à primo ortu  
Urbis constitutum, ut si mancum quid editum, aut monstro-  
sum fuisset, statim à partu in flumen, aut mare exponeretur.  
*Alex. ab Alex. 1.2. c. 25.*

DEJOTARUS Galatarum rex peritus auspicii, nihil unquam  
egit nisi auspiciato. *Cic. 1. de Divin.*

AUG. Cæs. auspicia, & omnia quædam pro certissimis ob-  
servabat. Si manè sibi calcæus perperam, ac finister pro dex-  
tro induceretur, ut dirum: si terra, marive ingrediente se lon-  
ginquam profectiohem, forte rorasset, ut lætum, maturique &  
prosperè reditus. Sed & ostentis præcipue movebatur. Ena-  
tam inter juncturas lapidum ante domum suam palmam, in  
compluvium decuram penatum transtulit, utque coalcesceret,  
magnopere curavit. Apud insulam Capreas, veteritimus illic  
dimissos jam ad terram, languentefque ramos convulsisse ad-  
ventu suo, adeo lætatus est, ut eas cum Repub. Neapolita-  
norum

notum permotaverit, Oenatio data. Observabat dies quos-  
dam, ne aut Postridie nonas quoquam proficereceret, nec  
Nonis quicquam rei ferie inchoaret: nihil in his quidem aliud  
devians, ut ad Tiberium scribit, quam *δυσρηπίου* hominis.  
Somnia neque sua, neque aliena de se negligebat. Philippensi  
acie, quamvis statuis non egredi tabernaculum propter va-  
lerudineam, egressus est tamen, medicis Atrorii somno monitus:  
cessique prospere, quando captis castris, lectica ejus, quasi  
sui cubans remanisset, concussit hostium confossa, atque la-  
cerata est. Ipse per omne ver, plurima, & formidolosissima, &  
vana, & irrita videbat: reliquo tempore rariora, & minus vana.  
Cum dedicatam in Capitolio ædem Ionanti Joviasidue fre-  
quentaret, somniavit queri Capitolinum Jovem, cultores sibi  
abduci: seque respondisse, Tonantem pro janitore ei apposi-  
tum: ideoque mox tintinnabulis fastigium ædis redimivit,  
quod ea ferè jectis dependebat. Ex Nocturno visu etiam stipe-  
nem quotannis die certò emendicabat a populo, cavam manum  
altes porrigentibus præbens. Suetonius.

Lapones venationibus in maxima ferarum copia sunt dedi-  
tissimi. Nefas est mulierem exire tabernaculum janua, qua  
vir e die est ad venationem profectus. Etiam religio est, ut  
B manu contingat feram captam: sed vir porrigit mulieri veru  
præfixum, quantum illis carnis imperit.

Obsequendo, Parendo. Neque ob divinacionem  
Magistratu cedere, abire.

METELLUS homo patricius suburbanum suum petens, cæ-  
dentes se invicem alis corvos vidit. Augurii religione deterri-  
tus. Romam reverfus est: ubi cum Vestæ templum incendio  
flagrare videret, Palladium eripuit, & luminibus captus est.  
Ex *Arifide Milefo de rebus Italici, Plut. cap. 3. Paral.*

Q. FABIVS maximus cum rem divinam fecisset, concensus  
foricis auditus est. Quæ vox cum aliquid portendere videretur,  
ne deos offenderet, Dictatura honorem respuit. *Val. Max. lib. 1. cap. 1. At Plutarchus in Marcello, ad Minutium  
Diftatorem hoc refert.*

C. FLAMINIUS sacrificans, cum foricis vocem audivisset,  
magister equitum esse noluit, ne reclamantibus diis honorem,  
& potentiam amare diceretur. *Val. Max. 1.1. c. 1.*

P. CÆLIUS propter exta parum curiosè aris admota, flamine  
abire jussus est, monentibus diis auspiciis. *Ibidem.*

C. CLAUDIVS propter exta aris finitè admota, flamine si-  
militer abire jussus est. *Ibidem.*

ANDREAS CONTARENVS Venetorum dux creatus, præfa-  
gio quodam futurorum dignitatem adire recusavit, concesser-  
atque ob id ipsum in Patavinum agrum, tamiù urbe abstu-  
tus, quoad nova alterius decus declaratio secuta esset. Sed  
cum ab amicis moneretur, nisi decreto Patrum obsecraret,  
publicatis omnibus bonis exilium ipsi immineret, Venetias  
restitit. Et sanè constat, eo principe Kemp. externis bellis ve-  
hementer jactatam, & in urbe magnopere annona laboratum.  
*Sabel. 1.4. Dec. 2.*

Sacra inflaurava.

Non modò auspicia, sed etiam sacrificia, ludosque solennes  
ita observant Romani, ut ob minimas sæpè causas illos in-  
flaurarent, & rescierent. Sacrorum vero æremonias tam  
sanctè coluerunt, ut ex leviofferente idem sacrificium trigef-  
ies inflauratum, & denuò, ac sæpius procuratum fuerit.  
*Alex. 1.2. c. 26.*

Statuas evertere.

EUPHROSINA Imperatrix, cum futura cognoscere vellet,  
in nefarias divinationes incumbat, & multa illicita perage-  
bat. Itaque enei apri Calydonii rostrum præcidit, qui scetis  
conspiciebatur: & exctis dentibus leonem in Hippico invadere  
simachii opus, qui leonine pellicubens capite in manum  
inclinato suas fortunas deplorat, multis verberibus affecit.  
Neque hoc contenta, aliarum quoque statuarum partes ali-  
quas mutilavit, nonnullis capita malleis contundebar. Un-  
de quidam esse circumforaneis, aves humanarum vocum imi-  
tantes sedulo edocuerunt, ut in trivitiis, & angiportibus vul-  
gari voce caneret Politicam justiciam, *πολιτικὴν τὴν δικαιοσύνην.*

Cædem committere.

PRISCUS MIDAS somnis certis exanimatus, & percussus,  
adeo afflicto animo fuit, ut haustu cruore taurino necem si-  
bi ultro consciverit. *Plut. de Superftitione.*

Rex Mefienorum Aristodemus bello, quod ad versus Mef-  
fenios geretur, quod canes luporum more ularent, apud

focum patrum suppullare gramen, averfarenturque ea  
ostenta fatidici, summissis profus animis, ac spe abscissa, E  
semetipse jugulavit. *Ibidem.*

Pugnam, Prælium differre.

PHILIPPUS Macedoniz rex, cum T. Quintio Flaminio præ-  
lio decertaturus, casu, an urgente articulo præcipitanti, im-  
prudens sepulcrum, quod fortè extra castra excelsum erat,  
confendit: unde alloqui milites, ut fieri ante pugnam solet,  
& adhortari institit. Illis ex eo omine icibus percussus rex, ab-  
stinuit eo die pugna. Postero die collatis signis octo millia  
suorum amisit, & fuga vix elapsus, turpem à Quinto pacem  
accepit. *Plutarchus in Flaminio.*

ARIOVISTRUS Getmanorum Rex quadringentis hominum  
millibus instructus, cum de die confictus mulieribus Sagis  
haberet fidem, & inire prælium ante novam Lunam ab illis  
vetaretur: Cæsar re (ut scribit) cognita, statim commi-  
sit prælium, atque superavit.

Iter intermittere.

Cum duce Pelopida exules Thebani ad Archiam tyran-  
num opprimendum Athenis certo die, re cum iis, qui The-  
bis erant, composita, personati venturi essent: Hippothendi-  
das unus ex conjuratis magnitudinem periculi æstimans, per F  
Childonem mandat Pelopidæ, rem in aliud tempus differat,  
& Athenas rediret, commodiorem opportunitatem expec-  
tans. Childon ad se domum perrexit, eductoque equo po-  
poscit frenum. Hæsitante uxore ejus, cum non esset ad ma-  
num, ferenteque cuiquam se id uni ex necessariis commodaf-  
se, jurgia primùm inter eos, mox maledicta, & verbera, im-  
precante muliere et, & aliis, à quibus mitteretur, infaustum  
iter. Itaque cum multum diei in his rixando consumpisset, &  
verteret casum in omen Childon, deposuit profus profectio-  
nem, atque ad alia se convertit. Tantulum abfuit, quin ma-  
xima, & pulcherrima cæpta statim in limine deftituerunt  
tempore. Pelopidas igitur cum suis vestitu assumpto rusticano,  
dispertitis aliis alia parte, urbem luce diluce occultè in-  
gressi sunt, & tyrannum temulentum opprefserunt. *Pro-  
bus in Pelopida.*

HANNIBAL ex Italia domum revocatus, ubi Africam in  
conspetu habuit, gubernatorem sciscitatus, Ecque terra ora  
oculis occurrisset? Sepulcrum dirutum respondit. Quam vo-  
cem ille averfatus Lepim cursum detorfit, sexto decimo se-  
cundi Punicis belli anno. *Sabel. 5. Enn. 5.*

Consulendo.

Consule Titulum Prophetarum, & Vatium. Item Titulos  
Oraculorum, Prædictionum, Auguriorum. Item Oracu-  
lorum loca, quatenus divinationis hæc species coluntur, ob-  
servantur ab aliis.

Quamvis David spiritu Dei præditus esset, si quoad ta-  
men bellum, aut magnum aliquid gerere cogitaret, visionem  
à Cad propheta postulat, aut Sacerdotem, qui comitatur  
ipsum jubebat Ephod induere, ut volutamentum Dei cognosce-  
ret. *Bodinus.*

THEODOSIUS Imp. contra Maximum tyrannum movens, in  
angustis curarum suarum non est lapsus ad curiositates fa-  
crilegas, atque illicitas: sed ad Joannem in Ægypti eremo  
constitutum (quem Dei servum prophetandi spiritu prædi-  
tum, fama crebescente didicerat) misit, atque ab eo nunci-  
um victoriæ certissimum accepit. *D. Augu. lib. 5. de Civit.  
Dei, c. 26.*

SAUL volebat Samuelem, qui optime in Regem affectus  
erat, audire: odio cum prosequeretur, contemnebat ver-  
bum Dei. Factum itaque est, ut in summo difformite Py-  
thioniam consuleret, quæ Samuelem ex mortuis evocaret, H  
quo ejus consilio uti posset, quem viventem contemple-  
rat, & audire indignatus fuerat. Itaque hæc quemdam e-  
vocavit senem, & amictum pallio, qui ad Saulem locutus  
est. An verò fuerit anima Samuelis, an species aliqua vi-  
sui objecta, disputant Theologi, & habes de hac re pro-  
blema apud *P. Thyreum lib. de apparit. spirituum, 1. Reg.  
c. 28.*

Apud Delphos mensis est Byfius dictus, quasi Pyfius, quo  
sciscitatur, & consulunt Apollinem. Nam ita loqui est eis  
patrum. Siquidem hoc mens reddebatur oraculum, diemque  
ejus septimum Apollinis natalem esse existimant, vocantque  
eum *παιδάριον*: non quia parentant *παιδῶν* (quod est placente  
genus) verum quòd tunc frequentes deum consulant, ac cre-  
bra oracula reddantur. Serò enim, ut quoque mens fortes  
ederentur potentibus, permiffum est: antè semel quoque anno  
respondebat eo die sacerdos: ut scriptum reliquerunt Calli-  
sthenes, & Anaxandridas. *Plut. in quæst. Græcarum.*

L. PA.



L. PAFYRIUS, à velocitate Cursor, cum consulem se ad A. versis omnibus contra Samites progressum esse sensit, ad auspicia repetenda Romam regressus, edixit Fabio Rutiliano magistro equitum, quem exercitui præficeret, ne manus cum hoste conferret. Sed cum ille opportunitate ductus pugnas-

set, & vicisset, reversus eum securiferie voluit. Suet. de Vitis illust.

Germanis in usu erat, non ante acies committere, quam per matresfamilias, quas plurimas educabant, an decertandum esset, fortibus, & vaticinio prædictum foret. Alex. lib. 4. cap. 7.

NATHOLOCUS Scotorum rex, cum proceres quosdam ob communicata cum Anthriconis regis literis consilia in carcere strangulasset, conjuratorum vires metuens, in Lugiam, & Moraviam exercitus conferendi causa fecisset. De belli eventu sollicitus, Moravum quendam hominem fidissimè mititavit ad anum fatidicam, in Mona insula habitantem. Illa dira fata Natholoco prædixit, nec majorem à conjuratis, quam ab ipsomet Moravo, qui theorum nunc ageret, imminere.

Moravus, cui nihil tale unquam in mentem venisset, præstigiaticè execratus, ad regem redibat. Cæterum metuens, B ne si rem gestam narraret, semetipsum regi suspectum: si non narraret, suspectiorem redderet, & mentiri, & oraculum verum reddere statuit. Ad regem perductus, multa remotis arbitris vastre est commentus: cumque rex ex ventris profusivo secretiore cubiculo locum peteret, sequutus Moravus cum, ministeri prætextu, pugione in pectore transfodit, exanimemque ferro hærente vulnere, in cloacam inferiorem dejecit. Per posticum inde exiliens, equo in cum ulum parato arripit, primus nuntium extincti regis conjuratis attulit. H. Boet. lib. 6.

VORTIGERNUS Britannorum rex, regno exutus à Saxonibus, & in extremam Cambriam relegatus, armis quinque-tiam Aur. Ambrosii, ac Uteri, Constantini regis filiorum, quibus regnum eripuerat, pressus, desperandus, Merlinum magnum de vitæ, regniq; exitu consuluit. Respondit ille, ab Ambrosio victum, cum liberis, omnique gaza cremandum esse. Nec falsum fuit oraculum. H. Boet. lib. 8.

PHILIPPUS III. Francorum rex ex Elisabetha Tarraconensis regis filia filios tulerat. Ludovicum, Philippum cognomine Pulcrum, Carolum Valesii Comitem, ex posteriore Maria Henrici Brabantini ducis F. procreavit alterum C Ludovicum, Eburovicum Comitem, Margaritam, Blancham: illam Angliæ reginam, hanc Austriæ ducissam futuram. Defuncto Ludovico filiorum maximo, res in suspicionem veneni venit, Brocchius cubicularius, & filci præfectus reginam infimulabat: cum id initium scissæ privignorum necandorum, ut certam in spem regni ex ea filii prognati succederent. Contrà erant, qui Brocchium in crimen, invidiamque vocarent. Consulere vates placuit. In Brabantia, unde nata regina erat, ferebatur responsa reddere mulier quædam. Ad hanc missi ab rege Petrus pontifex Bajocensium, idem Brocchii affinis, ac Stephanus, antistes templi Dionysii. Petrus, cum Nivellam ventum esset, Stephanus antever-

tit, prior ad feminam venit: collocuti incertum, quæ discendens oravit, ut illa edaret, quæ secum acta essent, quæ respondisset. Stephanus superveniens ex vate nihil expressit, nisi illud unum, Satis Petro responsum. Ad regem rediit. Pontifex sibi nihil arcanorum ignotum esse renuciavit: sed ea effari sibi per religionem non licere, quod sacra confessione ut sacerdos omnia audierit. Rex, non ad mysteria, inquit, arcanaque lustrationes, sed ministrum, nuncium, D interpretemque te misi. Nova legatio missa Nivellam. Ivit Theobaldus Dolensium Pontifex, retulitque responsum, Reginam extrâ noxam esse: addidit, quod duobus infimulatis reliquum erat, ac ne sic quidem nominatim quenquam coarguens, venenum à viro, & eo assiduo, quotidianoque datum. Hanc vel fabulam fictam, vel veram famam certior res secuta est. Tabellarius cum literis à Brocchio, dum citatus ad Alionum regem Castellonensem contendit, gravi repente oppressus morbo cum mortem instare sentiret, poenitentia jubebente orat hospitem, quò diverterat, literas, quas ipse deferre in Hispaniam cogerat, ad regem Francorum perferret, ipsique utique regi in manus redderet. Hæliter manifestam fidem fecere, esse apud regem Francum, qui arcana foras afferret, hoc vel unum scelus damnasset hominem. De Brocchio igitur Parisiis restit supplicium sumptum. Petrus Pontifex ad Pontificem maximum se recepit, metu poenæ legationis malè gestæ, clementiæque adumbratæ religionis. Emilii libro 3.

PERSONARUM.

CYRUS Persarum rex à Judæis eductus, Isaiam prophetam E ante aliquot secula de suo imperio vaticinatum, atque adeo nomen etiam suum expressisse (extat autem locus cap. 44. & 45. Isa.) libertatem Judæis Babylone jam per 70. annos captivis dedit in patriam remigrandi. Joseph. Daniel propheta Cyro rege (quem Theologia mysteria edocuit) familiarissimè utebatur. Theodoretus Cyrenensis.

Azanæci Phryges Euphorbum pastorem, qui novo genere sacrificii, Vulpis nimirum, & Echini, sterilitatem amolitus fuerat, sacerdotem, & ducem constituit. Eraf.

DARIUS rex Daniælem prophetam in tanto habuit honore, ut ei Triumviratum in 120. satrapas concesserit, & tandem etiam univerfo regno magna cum invidia aliorum præficeret. Dan. 6.

ROMULUS inquit, ut ex singulis tribubus singuli augures eligerentur, qui sacris cæremoniis prædictionibusque deorum præessent, & publica, privataque auspicia curarent. Quotannis postea sex optimatum filii in Hetruriam mittebantur, ut augurandi artem discerent. Alex. lib. 5. c. 19.

Apud Rom. ut Livius, Dionysius, & Fenestella testimonio sunt, summa religio augurum collegium colebatur, F quorum jus in Romana republica Cicero in 2. de Legib. maximum, & præstantissimum appellat. Quid, quòd augur, ut ait Plut. in problematis, ob nullum maleficium sacerdotio privabatur; quia non honoris, & magistratus, sed scientiæ, & artis nomen est. Polyd. lib. 1. c. ult. de re. invent.

C. MARIUS bello Cimbrico Martham Judæam magam secum circumduxit. Plut. in Mario.

Est apud Gallos moris, nullum absque philosopho sacrificium facere. Existunt enim, per divinæ naturæ consocios facti fieri oportere, tanquam lingæ deorum peritos: atque horum interfectione bona ab illis censent petenda. Diod. lib. 5. c. 6.

Scribit Tacitus, se, cum Vespasian. Casar imperium obtineret, vidisset, Germanam Velledam diu apud pterofque Germanos numinis loco habitam. Itidem Boemii Lybustiam vatem Crocci ducis defuncti filiam sibi præse volvere. Dub. libro 1.

DIVINATIONIS CUIUSCUNQUE NEGLECTUS, ODIUM. CONTEMPTUS. AUGURIA. ORACULA. Somnia neglecta.

Divinationis contemptus, & neglectus consideratur vel secundum Scientiam, & sic huius proprii loci erit, eorum exempla complectens, qui has divinationis species, ut inanes, & superstitiosas irridant. Vel secundum Religionem, & sic alii has ut repugnantes cum ratione abominantur, qui ad justitiam religionem referri debent: alii absque ratione, securitate quadam legi experte, eas contemnant, qui ad Iustitiam religionem ablegandi sunt. Nos hinc in genere quævis divinationis contemptum persequemur.

ARTIS RESPECTU.

Non consulendo, Non observando. DION Syracusanus, contra Dionysium movens, cum luna eclipsim paterec, & tota delitesceret, ostento nihil deteritus, ejectione tyranno, crudeli dominatu Syracusanos liberavit. Plut.

PELOPIDAS adversus Alexandrum Pherærum ducens, apparentibus multis prodigiis, non potuit deterreri, qui manus cum hoste conferret: victoriamque retulit, sed occubuit. Plut. & Diodor.

ALEXANDER Macedo ducturus contra Darium, cum luna eclipsim paterec, & ob id milites trepidarent, nihilominus H tamen feliciter pugnavit.

Idem contra Persas, Junio mense, quem Macedones, ut insaufum vitant, pugnatarus, contempta religione feliciter dimicavit: pro Junio secundum Majum appellari jubent. Alex. lib. 4. c. 20.

Romani quamvis religioni suæ pernicissimè addidit essent, sæpè tamen urgentibus hostibus auguria, & dies nefastos neglexerunt.

C. FLAMINIUS, quòd secundo bello Punico consul latinas festas non indixisset, neque sacrum in Albano fecisset, sed lixæ modo sine more, sine auspiciis ad exercitum profectus esset, cum apud lacum Thrasimenum cum Hannibale confliktus, convelli signa iussisset, lapso equo super caput prostratus, quindecim Romanorum millia amisit, viginti fugata, sex millia capta. Val. Max. libro 1. c. capite de Prodigiis. Livius, & Cicero libro 1. de Divinatione.

L. JUNIUS, Claudii collega, neglectis auspiciis, classem A tempestate amissit, damnationisque ignominiam voluntaria morte prevenit. Cic. 1. 2. de Divin. Val. Max. lib. 1. c. 4.

SEVILIUS MALUGINENSIS, Q. Sulpitius Longus, tribunum militum consulari potestate contra Gallos Senones missi, non deorum memores, si non hominum, nec auspicio, nec litato instruxerunt aciem, Turpiter itaque profligati cum toto exercitu nobilem livam cladem Allientem inter nefastos dies relatum accepturunt. Livius.

TIBERIUS GRACCHUS, cum res novas aggrediretur, auspicia domi prima luce petiit, quæ illi perquam tristia responderunt. Janua enim egressus, ita pedem offendit, ut digitus deciderit. Tres deinde corvi in eum aversum occincentes, partem tegula decussam ante ipsum protulerunt. Quibus omnibus conventis, à Scipione Nafica pontifex maximo decussus Capitolio fragmento sublellii ictus procubuit. Plut. in vita Gracchorum Val. Max. lib. 3. c. 4. Sab. lib. 9. Enn. 5.

L. LUCULLUS, cum in Armenia cum decem millibus armatorum, & mille equitibus adversus Tigranem tenderet, CL. millia ducentem, pridie nonas Quodobris (quo die prius Scipionis copia deletæ fuerat) Ododom admonente, Romanis diem illum nefastum esse: Ergo, inquit, alacriter pugnemus, ut hunc quoque diem nefasti eximamus. Plut. in Rom. Appoph.

C. JULIUS CÆSAR, cum immolanti aufugisset hostia, profectiorem adversus Scipionem, & Jubam non distulit. Suet.

Non obtemperando.

EPAMINONDE Thebanorum copias contra Lacedæmonios ad Leuctra educto, juxta portas præco exercitui obviam factus est, cæcum hominem, qui aufugerat reducens: ac pro more edicens, ut nec Thebis educeretur, neque de medio tolleretur, seu adductus rursus conservaretur. Hic averfanti-bus augurium senioribus, & Homericum illud Epaminondas succinuit. Unum optimum augurium est pugnare pro patria. Rursus cum Scriba hastam, & ei ad hærentem fasciam tenens præret, ut quæ duces jussissent, omnibus significaret: vi venti avulsa ab hasta fascia circum columam in sepulchro quodam erectam delata est: quo loco felpitii quidam Lacedæmonii, & Peloponnesii, qui sub Agefillo militantes occubuerant. Hoc viso ex senioribus quidam denuò testabantur, haudquam C quam educendum esse exercitum, diis manifestè iratis. At ille eis respondens, copias feliciter eduxit, majorem honesti, & æqui rationem esse habendam, quam horum signorum, existimans. Diod. lib. 15.

PELOPIDAS humana vicissimã litare voluit, quamvis id jubente somnio.

STILPON Philosophus, in somnis videns expostulantem secum Neptunum, quod bovem, ut sacerdotibus moris erat, non immolasset, dixit: Ergone, tu, ò Neptune, puerorum more queris, quod non ære alieno confiato urbem impleverim ridioribus. Tum aridius Neptunus, dextera porrecta dixit, Aquarum se copiam ipsius gratia Megarcensibus datum. Plut. de virtutis provelis.

Cum ad plateas Græci contra Mardonium confedissent, post equestre prælium abstinuit diu utraque pars pugna. Propugnanti-bus enim vates juxta Persis, ac Græcis, victoriam denuntiabant ex utrisque perniciem, si invaderent hostem. Tandem Mardonius, quod ei in paucos dies superesset commeatu, Græcorum verò, quoadie affluenti-bus aliquibus numerus creveret, hostes adortus, cum exercitu casus est. Plut. D in Aristide.

ALEXANDER MAGNUS cum Oxydracorum Indorum metropolim oppugnare statuisset. Demophon quidam vates regem monuit, magnum ei periculum imminere; ex vulnere, quod in oppugnatione accepturus esset; Alexander eum ob-jurgans, ipse primus urbem aggressus est: eaque occupata, in arcem deliit. Ibi hostibus irruenti-bus infra mamillam facta ictus, proximus periculo fuit, donec Macedones super-venire. Diodorus lib. 17.

Vidit Cossæis, castra Babylonem movit Alexander Magnus. Chaldaei seniores detecti Belepthane legationis principie, Alexandro nuntiatum esse divinatione astrorum, Babylonie ei mortis periculum imminere: nisi Beli sepulchro, quod à Persis conditum fuerat instaurato, via quam docerent ipsi, introiret in urbem Alexander à Nearcho Chaldaeorum denunciatione audiens; terribis est, & in tempus aliud profectiorem eam disserere instituit: metatque castra stadiis CC. procul Babylone, moxam ibi trahebat: non sine omnium admiratione.

Venerunt interim ad eum frequentes Græci homines, & præcipuè, qui philosopho Anaxarcho operam dabant. Hi rationibus philosophiæ variis acriter adeo differerunt, ut ille profusus animum mutaverit, & animo quasi faucio, philosophorum verbis fanato, Babylone cum exercitu intravit. Verum paulò post eventus ipse Chaldaeorum divinationi mortuo Alexandro subscripsit. Diod. lib. 17.

CLEOMENES Spartanorum rex, deterrente eum ab expeditione in urbem Argivorum vate ( fore enim receptum deformem) ut ad urbem accessit, portas confpexit clausas, & feminas muros tenentes: Hic tibi, inquit, videtur deformis redius, in quo viri cecidere, mulieres portas claufere. Plutarc. in Apophthegmasibus.

C. JULIUS CÆSAR monitus, ne ante brumam copias in Africam mitteret, nulla omnis cura feliciter transmisit. Suet.

JULIANUS Imp. literis monitus in oppido Cercusio fuit à Sallustio (qui ejus in quarto consulatu collega fuerat) expeditionem in Persas esse differendam, diis ita vetantibus. Nam in libris Sibyllæ lectum erat, eo anno Imper. à militibus esse discessurum. Ille regum undique promissis exccratus, conceptum bellum profecturus, incognitò telo ictus perit. C. S. P. in A. D.

HENRICUS FERREUS Hoflatiæ comes, Gerardi Magni F. à Secorum rege missus ad Finnos rebelles edomandos, in loco Uvalteen, Birgitam opinionem sanctitatis, & spiritu prophetiæ celebrem adiit, de belli exitu consulturus. Illa respondit milititer, Si vis terram tibi subicere, inermis ingredere, inuencus, mansuetudine populum facilius, quam armis periturum. At Henricus conversus ad suos: Hæc, inquit, mulier hujus est nationis, nihil illius intererit si percamus. Nos armis utemur. Itaque contempto ejus consilio, armis gentem feliciter subegit. Crant. lib. 9. Sax. c. 23.

ALFONSO Aragonum, & Siciliæ rege Neapolim obfidente, vates quidam circa Cal. Junias eum urbe potiturum prædixit, sed non multò post anceps futurum prælium, in quo dux caperetur. Et quidam 4. Non. Jun. urbem in potestatem redegit. Paulò post contra Antonium Caudolam in agro Campano acie dimicaturus, cum duces vaticinium ci obice-rent, respondit, Virum fortem ne mors quidem terrebit. Prælio factò, Caudola victus est, & captus. Æn. Syl. lib. 2. Com. in Panormiæ Alphonsum.

FRANCISCUM I. Gallorum regem, certissima vatum prædictiones, ne Ticinum obfideret, monebant: quoniam servitutum, si prius morte non opprimeretur, incurreret. Quod cum illi jam captivo à Carolo V. Casare victore obiceretur, subicisse fertur, atque dixisse: Quo ergo modo implebuntur scripturæ?

Irididendo.

Bello Peloponnesiaco, pestilentia Athenas infestante, cum Pericles naves instructas centum quinquaginta complexisset, fortè defecit sol. Gubernatorem Pericles stupentem cernens, chlamydem obiect oculis ejus, intectumque interrogavit, Numquid mali passus esset? Abnuente eo, Quid autem, inquit, inter hoc, & illud interest: nisi quatenus illud, quod caliginem invexit, clamyde est grandius? In ea tamen expeditione nihil Pericles se dignum gessit. Plut. in Pericle.

LEOTYCHIDAS Aristonis F. propioris portæ vestem circumjecto angue, vatisque ostentum denuntiantis esse: Id mihi, inquit, non videtur; verum si anguem vestis circumplicaret, ostentum sit. Plut. in Appoph.

In expeditione regum Asia ad mare rubrum, eques quidam Judæus, Mofollamus nomine (Eusebio Mifonians) sagittarius, & miles inter reliquos Græcorum, & Barbarorum præstantissimus, quodam vate augurium capiente, & petente, ut cuncti flarent, interrogavit, Cur substitissent omnes? Ostendente verò ei vate avem, quam intractatur, atque dicente: Quod si quidem expediretis, ut manerent omnes, flaret avis: si verò ea lurgens antennis volaret, procederent: sin post tergum iret, recederent: clam sagitta transfodit avem, & conversus ad tumultuantes: Quomodo, inquit, avis nesciens salutem, nobis de nostra certum quid significare potuit? Futura enim si novisset, nequaquam huc venisset, metuens, ne sagitta interimeretur. Ex Heato Josephus recitat lib. 1. contra Apionem.

ANNIBAL Pœnus Antiochum regem oblata occasione movit, ut hostes adoreretur. Qui cum immolasset, atque scæda extra diceret esse, increpavit eum, fatus: Tu, quod caro præscribit, agis, non quod vir prudens. Plut. de exilio.



APPUS CLAUDIUS PULCER, primo bello punico apud Scilicium cum praelium navale esset jam commissurus, auspiciis more majorum petisset, & pullarius non exire pullos cavea annunciasset, abici eos protinus in mare omnes iussit, inquit: Siquidem esse nolunt, bibant. Prælio into, turpiter cum exercitu in fugam est actus. Cic. l. 2. de natura deorum. Val. Max. l. 1. c. 4.

Corrigendo, Eludendo. Ex Titulo, Metum eximere militibus, huc quadamtrauci non incommode possent. Tit. Milites.

HECTOR auguria profus negligens, loquitur ad huncmodum Iliados 14.

Τὴν δὲ δὲ οὐρανὸν πάντῃσι πύλαισι κλειθεῖσι Πάριδά, ὅς οὐδὲ μεταρπίπτει δὲ δαίμων, ἔστ' ἔστι ἰσὸς ἀπὸς ἰσῶν ἰδύδων. Ἦν ἴα' ἀεικέλιος τοῖς ποτὶ ζῶον ἠρόντα. Ἡμεῖς δὲ μάχῃσιν δι' ἡμετέρας βουλῆς, ὅς πᾶσι δυνάτοισι καὶ ἀδυνάτοισιν ἀνίσταται. Ἐἰς οὐρανὸν ἀεικέλιος ἀμύμονος ἀπὸς πύλαις, id est Aligeris avisibus tu me parere jubes nunc, Quorum nulla mihi cura, aut respectus, utrumne Ad dextram Eos veniant mihi solis ad ortum, An laevam ad solem occiduum, notisque tenebras. Verum nos Jovis arbitrio parere necesse est. Altitonantis, hic imperium tenet unus in omneis, Quotquot mortales, quotquot sunt morte carentes. Una avis optima, pro patria pugnare tuenda.

Quo postremo vestu etiam Epaminondam Thebanum usum fuisse Diad. lib. 15. testatur ante Leuctricam victoriam. Ita Q. Fabius Maximus augur apud M. Tullium, lib. de senectute, dicere ausus est, Optimis auspiciis ea geri, quæ pro Reip. salute fierent: quæ contra Rempub. ferrentur, contra auspicia ferri. Erasm. Adag.

AGESILAUS rex Spartanorum in somnis Agamemnonem imitari Aulide iussus, humana victima Dianæ litare noluit, sed cervam supposuit. Plut. in eius vita.

M. CRASSO consilio cum Parthis, exta è manibus deciderunt. Hoc cum cæteris ut inauspicatum interpretantibus ac praelium distuadentibus: Hujusmodi, inquit, incommoda multa nobis senectus adfert: at arma tamen nunquam è manibus mihi elabentur. Plut. in vita Crassi.

C. JUL. CÆSAR contra Scipionem profectus in Africam, C prolapsum in egressu navis, verso ad melius omine: Teneo te (inquit) Africa. Ad eludendas item vaticinationes, quibus Felix, & invictum in Africa fataliter Scipionum nomen ferebatur, despectissimum quemdam ex Corneliorum genere, cui ad opprobrium vite Salutationis cognomen erat, secum in castris habuit. Suetonius.

Libros non recipiendo. Cùm de libro Sybillæ relatum ad patres fuisset, quem Caninius Gallus recipi inter cæteros ejusdem vatis iusserat: summa ope Tiber. Imper. relictis, & ne recipere, effecit. Suet.

ARTIFICUM RESPECTU. VATES, Divinaculos. Mendacii accusando.

CRABON Thesæ vaticinium audiens, Thebas ab obfidio Argivorum liberari non posse, nisi Menæceus Creontis F. pro patria mactaretur, indignè ferens crudele oraculum, Apud Eurip. in Phœnissis, inquit:

Ὀὐδὲ δουρὸν, ἀνὴρ ἄναξ, χαίρεινός τίςδ' ἔστι, ἢ ἄλλο τι, ἢ γὰρ αὐτὸς μὲν δὲ δυνάστησιν. Ἄβι in malam rem: tuis mihi non opus est vaticiniis.

L. TARQUINIUS rex, centuriis equitum, quas Romulus auspiciato conscripserat, alias adicere cupiens, cum ab Decio Accio Navio augure prohiberetur offensus interrogavit: Possente fieri, quod ipse mente conceperat? Possente fieri dicente: justis novacula cotem discindi. Qua Decius allata, administrato incredibili factu, effectum suæ perfectionis oculis regis subiecit. Val. l. 1. c. 4.

Cùm Romam venisset Batabaces, Matris magna deorum sacerdos, & nunciasset sibi ex adyto revelatum, victoriam ex bello Cimbrico, populo Romano: magno cum decore accessuram: eoque nomine Senatus ædem deæ victoriæ causa decreverisset, procedenti in concionem, ut hæc ad populum ederet, Batabaci interdixit A. Pompejus Tr. pl. præstigiatores appellans, hominemque cum indignitate depulit ex Rostris.

At hæc res commendavit potius. dicta sacerdotis. Siquidem regressum Pompejum domum, tanta vis febris occupavit, ut intra diem septimum expiravit. Plut. in Marii vita. Contemnendo.

Thebis in delubro Amphiarai nemini Thebano licet vaticinium esse: quod cum Amphiarai optionem esse dedisset, utrum mallent vate uti, an auxiliatore, Thebani sibi auxiliatorem cum maluerunt, ea propter nefas est Thebano illic obdormiscere. Herod. lib. 8.

Puniendo. Vide superstitutionis penam.

Statua Romæ in comitio posita Horatii Cocleitis viri fortissimi de celo tacta est. Ob id fulgur placulis luendum, aruspices ex Hetruria acciti, inimico, atque hostili in Pop. Romano insituerant eam rem contrariis religionibus procurare: atque illam statuam suserunt inferiorum locum perpetam transponi, quem sol oppositu circum undique aliarum ædium nunquam illustraret. Quod cum ita fieri persuasissent, delati ad populum, proditque sunt: & cum de pæni dia confessi essent necati. Constititque cum statuam perire, ut veræ rationes post compertæ monebant, in locum editum subducendam: atque ita in area Vulcani sublimiore loco statuendam. Eaque res F. bene, & prosperè recip. cessit. Tunc igitur, quod in Hetrusco aruspices animad verum, vindictamque fuerat, versus hic factus, cantatque à pueris, urbe tota fertur, Malum consilium consultori pessimum est. Gellius lib. 4. cap. 5. ex Valerio Flacco.

Bello Samnitico cum jam confectus essent utrinque acies, ad L. Papyrium Curforem consulum defertur, ortam esse inter pullarios de auspiciis contentionem. Ipsi, inquit, licet si quid fraudis inest, mihi solissimum tripodum nunciatum est. Hec ille, atque unâ mandat pullarios in prima acie constitui. Mirum hic accidisse ajunt, ut priusquam pugna orta sit, pullarius ante aciem fens telo saucius conciderit. Id ubi consulti renunciatum est, Dii, inquit, in prælio sunt. Luit mendacii penam noxium caput. Cui hæc dicenti corvus, vel malus daemon potius, superne occidit. Quo lætus augurio consul, signa canere, clamoremque tolli iussit. Collatis signis non sine multo labore, & sanguine cum sese P. Decius collega devovisset, victor evasit. Sabell. l. 7. Ennead. 4. ex Livii lib. Dec. 1. & Val. Max. lib. 7.

DIVINATIONUM PARTITIO, ET SPECIES VARIÆ.

Tradita à Carolo Langio in Polyanthea sua novissima. Quatuor Divinationum prima genera docti viri instituerunt. 1. Dicunt esse spirituales, sc. à Spiritu divino profectam. 2. Naturalem, aut artificialem. 3. Communem, aut vulgarem. 4. Diabolicam, cujus variæ sunt species illicitæ, impie, damnatæ, infames.

2. Usitata in Ecclesia, Spiritualis, illa proprio suo nomine Prophetia vocatur. Spiritualis dicta, quod in instinctu, afflatuque Spiritus sancti infunditur. Ad hanc referuntur omnia S. Scripturæ vaticinia, miraculis inimitabilibus, & creaturæ impossibilibus confirmata, certisque suis eventibus facta. Ab hoc genere plene secluduntur oracula idolorum, de quibus in divinatione diabolica agemus.

2. Divinatio Naturalis, aut artificiosa intuetur, & confiderat naturas rerum conditarum, & scrutatur quibus quæque vitibus sint præditæ, quid nativa vis sua efficiant, quibus usus depraventur, vel dissolvantur profusus, ac destruantur: ferriem denique, connexionemque causarum secundarum perverstigat, & qua vi quæque sibi iundant, & copulatas causam moveat, atque efficiat: quas qualitates ordine distribuit mundi corporibus imprimat: & ex causis de effectibus securis ratiocinatur, ac vicissim ex effectibus naturas rerum, & facultates æstimat, atque ostendit sine superstitutione.

3. Divinatio communis, aut vulgaris, popularis, vel plebejæ, imperitis, & vulgò in usu est, qui non inquisitis sollicitè causis eventum in natura, nec confiderato signorum cum rebus significatis consensu, ex iis solum, quæ ut plurimum eodem modo evenire iisdem antegressis signis, animadverterunt, ac notarunt, artem effecerunt, & Canones, seu regulas effecerunt, ex quibus de multiplicibus eventibus, de tempestatibus, cœlesti conversionibus, ac commutationibus, de frugum, & fructuum provenitu, de ubertate, vel caritate annonæ, de aeris salubritate, vel infectionibus, de externorum hostium incur-

curionibus sæpè satis feliciter divinant. Quidquid hujus generis divinationum superflitionem vacat, & fancitur experientia, id ex contentibus inter se plurimorum annorum eventibus, quos causa Physica pepererant, natum est.

4. Diabolicam divinationem vocamus omnia vaticinia, quæ non sunt vel expresse vel mandato sancta, vel cœlestibus testimonio, aut exemplis S. Scripturæ approbata: immo quæ sunt verbis expressis de Dei Spiritu per sanctos Prophetas, & Apostolos severe damnata: quæ vel nullas in natura causas habent, five immediatè à diabolo profecta, & cum manifesta impietate conjuncta, five ex meta superflitione nata, errore recepta, approbata, usque temporis confirmata sunt. Tales divinationes omnes, cujuscumque sint generis, generalibus primæ tabule mandatis prohibentur. Singularum ferè diffidentiarum peculiare prohibitiones extant Deuter. 18. & aliis locis, quorum nonnulli supra citati sunt.

Ex aliis scriptoribus autem divinationum diabolicarum species varias designabimus.

1. Oracula, videlicet Jovis Hammonis, Dodonæum Delphicum, Trophonii, Amphiarai, Branchidarum in Milefia, Sabæum in Phocide, Antiochenum, Palifense, Sebenniticum, Serapidis, Mercurii Parenfis, Bacchi Thracii Mantis, & alia penè innumera, quæ data sunt seiscitantibus in locis certis, & à diabolo obfessus, vel à demonibus ipsis, voce, somniis, gestu, nutuve aliquo simulachrorum, sonitu, tintinnu, vel alii hujusmodi, vel ab hominibus diabolico spiritu afflatis, qui tunc, cum de proposita questione responderent, erat cum vehementi impetu, & horribili sonitu exsecubus elisus, in vates suos iruebat, impletisque, & in furorem actos ita intuebat, ut præ timore palpitationeque artuum omnium, nec consistere, nec sese continere possent. Ita Sathan facticè illit apparitionibus, somniis, & visionibus illustribus, ac fancitis, de quibus multa in historiciis sacris mentio.

2. Opposita S. Prophetiæ fuit à diabolo falsò vocata à Græcis Θερμαντρία Differentiæ. Quatuor sunt. Obfessi, seu Pythonici. Afflati, seu ἰδύδωνται: Ecstasici, mente alienati capti Lycanthropi. Damnatæ Themanantia, Levit. 20. v. 27.

3. Magia, cujus species sunt variæ. Necromantia, animarum humanarum evocatio. Lecanomantia divinito ex inspectione pulveris. Gastromantia, Catopromantia, Crystallomantia, Dactylomantia, Onichomantia, Hydromantia, Aeromantia, id est, ventre, vitro, speculo, crytallo, annulo, ungue, aqua, aere. Magis annumerantur Lamie, Striges, Sagæ, Venefice, Ethnice, & profane omnes Idolomanie, quarum numerus innumerus in verbo Dei damnatur.

4. Incantatione, quarum semper magna fuit varietas, multiplexque exercitium, nempe imaginibus, characteribus, corporibus, metallis, herbis certo decerpis, aut collectis tempore utriusque carmine consecratis. Incantationum quædam species Pharmacheja, Cosinomantia, axinomantia, Cephanomantia, alechomantia, id est, ar venefica, divinito per cribrum, per securim, per caput asini, per gallum gallinacum.

5. Hieroscopia, divinito ex sacrificiis, cujus origo ex ritibus sacrificiorum usurpatis à sanctis Patribus, quorum umbram retinuerunt Ethnici post amissum Dei verbum. Hujus species sacrificia Ethnica planè diabolica, Extispicina, Theoscopia, Pyroscopia, Pyromantia, Capnomantia, Libanomantia, Oenothomantia, Hydromantia, Cythomantia, Nethyricon, Ichthyomantia, Anthropolomantia, divinito per exta, per victimas ipsas, per ignem, per flammam, per fumum, per thuris fustum, per vinum, per aquam, per hordæum, & farinam, per ovorum inspectionem, per pisces.

6. Augurium, & Aruspiciam ex superflitione nata. Capietur autem ex avisibus, & avium volatu, & garritu tripodum pullorum. Erant & omnia ex quadrupedum occurfu tum in urbe, tum in itinere, tum domi, si que causa quodam accidissent: si vibrationes, palpationes, trepidationes, concussiones, & motus fierent, vel tantillum extra ordinem confectum, ad divinos confugiebant Ethnici. Voces ex oculo missæ sua habebant omnia. Auguria autem diversis verbis à Deo damnantur. Levit. 19. & Deut. 20. c. Hector Homericus augurium optimum esse dicit, patriam pugnando tuteri.

7. A fortibus divinis in S. Scriptura occurrentibus, à Politicis, & Ecclesiasticis separandæ sunt divinationes profane, seu fortes Lyciæ, Præmetiæ, Deliæ, Antiatice, Virgilianæ, Cleromantia vel Palomantia, Geomantia, Onomantia, Logarithmantia, Tephramantia, Bottonomantia, Kecoollumantia,

Stachiomantia, Sycomantia, petulans anagrammatifimus, i. divinatio per resillas, talove conjectos, per puncta, figuraque sedecim nominibus suis designatos, per nomina, per numeros, per numerorum rationem, per cineres, per herbas, per ceram, per versus, per ficum folia, per literas nominum inversas. In quibus omnibus cum superflitione multiplex admixta sit, & nominis Dei profanatio reperitur, pios decet à malis ejusmodi artibus, quas prolixius, excutere religio vera non patitur, abstinere semper.

\* ALIA DIVINATIONIS PARTITIO, ET SPECIES SECUNDUM THEOLOGOS MODERNOS.

Generatim tres sunt species Divinationis. Ad primam pertinet Necromantia: Ad secundam, Augurium. Ad tertiam, Sortilegium, habentque singule suas etiam species.

Prima species, in qua Dæmon expresse invocatur, seque immifcet, multos modos complectitur, prout variè Dæmon intervenire potest.

I. Consulti potest per sacrificia animalium, estque Haruspicium.

II. Per preces in Idolis, estque Oraculum, & loquitur per Idolum.

III. In suis Prophetis quos ipse possidet, & sunt Pythonici, & Pythoniæ, & ἰγγορπίστων, soletque respondere per umbilicum, vel per os tali numine dignum, nempe pudenda membra, ut docet Origenes l. 7. cont. Gellium.

IV. Invocari solet certo loco, & modo, cum certa unctione, aut situ corporis, idque decumbendo, & tunc per somnia respondet, & dicitur ἰδύδωνται.

V. Invocatur, ut scilicet mortuum, qui respondeat, estque proprie ἰδύδωνται quam Pythonissa adhibuit evocando, Saule petente, animam Samuels. 1. Reg. 28.

VI. Petitur aliquando per caput hominis mortui, respondeat: diciturque κρηνομαντρία.

VII. Multis aliis modis per adjurationes, unctiones, figuras, specula, aliaque signa, quæ ipse instituit, solet invocari à divinis, ut occulta patefaciat. Ipse vero Diabolo variis modis respondet.

I. Per speciem præstigiolam oculis objectam.

II. Per vocem autibus formatam, quam nemo alius percipiat, & hi modi pertinent ad Præstigiolum.

III. Per vata spectra Imaginationi exhibitæ, estque Pseudopropheta.

IV. Per figuram externam, quam facit apparere in te inanimata aliqua, ut puta vel in Terra, estque Geomantia: ut si in lapide, aere, ferro, aut alia re terrestri appareat.

Vel in aqua, aut aquosis rebus, estque Ydromantia.

Vel in rebus aeris, ipsoque aere, & appellatur Aeromantia.

Vel denique in igne, & est Pyromantia.

Huc pertinet Divinatio per Cribrum, quæ Græcis dicitur Κοκκομαντρία. Per pelvim aqua plenam, estque Λεκανομαντρία: per speculum, quæ ἰσοστρομαντρία, & similes, quibus Dæmon invocatur, & in quibus signis quibusdam respondet. Quorum omnium magis particularem tractationem reperiet curiosus Lector apud Mart. Del Rio è Societate Jesu Theologum, & Philologum eruditissimum, in celebratissimo suo opere Disquisitionum Magicarum lib. 4.

Alteræ species Divinationis continens invocationem tacitam, & ex sola dispositione quarundam rerum inspectione absque alia hominis actione accipitur, tribus modis generatim agit. I. Ex consideratione motus, situs, vel numeri alii- quorum rerum. II. Ex consideratione, aut observatione cantus, soni, aut vocis alicujus. III. Ex lineamentis, figuris, coloribus.

Ad primum modum pertinet Astrologia Judiciaria, tot Pontificum, & Conciliorum decretis vetita, quæ divinator de futuris eventibus à libero arbitrio aliqua ratione dependentibus, ut de conditione vite, matrimonio, indole, moribus, carcere, exilio, præliis, &c. adversus quam artem habetur Deut. c. 18. decretum divinum. Hujus pars est Genethliologia.

Item Auspicium, quando ex motu, situ, aut numero avium res futuræ prædicuntur.

Ad secundum modum spectat Augurium, quod accipitur ex garritu avium. Omen, quod sumitur ex voce humana, alia intentione prolata, aut hominis sternutatione.

Tertii modo est χηρομαντρία, qua considerantur lineamentum manus, Frontis, estque ἰσοστρομαντρία; Dorfi, & dicitur ἰσοστρομαντρία, aliaque hujus generis, quæ ex motu, situ, voce, nu-

cc, nu-



ce, numero, lineamentis aliorum animalium, vel rerum ca-  
piuntur; omnium enim est eadem ratio, & differunt dumtaxat materialiter.

Tertia species est, quae ex iis capitur, quae sortitudo proveniunt ex actione humana ad divinandum directa. Fitque variis modis, qui omnes ad Sortes pertinent. Quarum tres sunt species Divinatoriae, Consultoriae, Divinatoriae. De quibus suo loco, & ordine, in littera. s. Titulo Sortes.

DIVINATIONUM DIFFERENTIAE SECUNDUM MENTEM, ET ACCEPTIIONEM T. ZUVINCERI in Theatro suo.

De Auguris agit in Tit. de Augurio.  
De Astrologia praedictionibus fuit tractatum est Tit. de ASTROLOGIA.  
De Sortibus dicitur infra, in Tit. particulari in littera S.  
De Daelyomantra dicitur supra, Tit. Daelyom.  
De Divinatione sacra, hoc spiritus ali, quae Tit. de Propb. Huc etiam referatur Tit. de revelatione.

B ALIAE DIVINATIONIS DIFFERENTIAE, Et Magicarum praedictionum species.

Nos hic Divinationum exempla persequemur, ad Exercitationem aliquam majore ex parte pertinentia, ut ex his generis ipsam illustraretur, confirmareturque.

APFLATUS SACER.

Exempla pete ex Tit. praedictionum, & Oraculorum, quatenus affata sacra futura praedictum.

IN GENERE.

Legimus in libris Pythagoreorum, quos Platonici e lateritis aureos fecerunt, duos assistere nobis Genios: alterum bonum, alterum malum. Boni ductu, atque consiliis boni viri conjungunt sese Deo, a quo illum ministrum, atque sequentem acceperunt. Is Heroibus quibusdam sese ostendit. Aliis nunquam, visus sed auditus est. Id quod non uno in loco apud Platonem de suo Socrates proficitur. Quibusdam divinis ingenii neque videtur, neque auditur, sed seipsum ita offert, atque ingerit, ut sua luce retegat intellectiones rerum arcanarum, quas describat. Quapropter eventus sapientum numero, inquit Scaliger, ut cum defuerit calor ille caelestis in nobis, nosmetipsi nostra illa vel admiremur, vel agnoscamus: aliqua etiam non intelligamus ad eam rationem, ad quam directa, dictataque sunt ab illo. Neque aliter puto contigisse Platonem, cuius scriptis videtur sit iudicis ab interpretibus multo majus, quam quantum plebeis iudicis debeatur. Ego vero, qui ne cum minimis quidem me conferendum censo, si quid unquam nobis excidit imprudentibus, tantundem postea non sperem a me praestari posse. Quae causa est, ut ad scriptiorem, aut commentationem nunquam accingamur, nisi ab ipso Genio invitati, qui nobiscum intus loquitur, neque auditur, ostendens divinitatis late patentes campos in animis nostris, quos ab officiis corporis suspensos, atque abstractos, aliis distinctis functionibus: ut non penitus temere dixerit. Qui Aristotelis intellectum agentem, eundem cum Platonico genio existimavit. Utriusque habemus exemplum in historiis. Namque majus Brutum apparuit, eique infelicem praedixit exitum: Philippis, inquit, me videbis Bonus Caesaris, cum trajecit Rubiconem: viam ei ostendens ad id, in quo summam statueret beatitudinis. Scalig. l. 3. Poet. c. 36.

IN SPECIE. TUM Divinus, Sanctus.

Consule Tit. Propetarum divinarum.  
Saul, cum in Propetarum caerum incidisset, subito & ipse divino furore correptus, vaticinari cepit. Id admirantes, qui Saulem antea cognoverant, inter se dicitabant, Quid accidit Sauli, num & Saul inter Propetas? Ea vox deinde verba est Hebraeis in proverbium, de re nova, & inopinata, subitaque. Eras. in Adag.  
Quomodo Ulyssi finxit Homerum Minervam laboribus in cunctis assistentem: talem videtur Socrati vixit duccem quandam a primo associasse demonium, oculi vice,  
Qui solus lumen praecedens adderet illi.  
Rebus in obscuris, quae humana intelligentia, & consilio expendi non possunt. Quippe assentiebatur saepe ei demonio,

divinitatis opinionem ejus consiliis addens. Terpsion Socratis demonium sternutationem fuisse tam suam, quam E aliorum existimavit. Alio praesente ex dextra, sive a tergo, sive a fronte accidisset, contendisse illum ad actionem: suam ex sinistra dextrum fuisse. Ex ipsius sternutationibus illam cunctantem confirmasse, hanc jam agentis inhibuisse, & repulsi esse impetum. Plut. de Soc. dem.

Vide Tit. Propetarum demoniacorum.  
Augustinus l. de potestate demonum, inquit: Caelo extorres, improbi spiritus, perspicacissimi sui sensus acrimonia, pernicissimique motus celeritate, futura praenoscant: quae terrenae molis gravitate sensus nostros hebetant, nobis certe, quoniam ignoramus, mira videntur? cum illi tamen haec aliunde, suae celeritatis, sui sensus pernicitatis vigore didicerint. Sicut perunque canes accerrimi, sui olfactus vi delinquentem feram praesenscunt, indicantque venatori, quam ipse ejusdem sui sensus imbecillitate subodorari non poterat, nec nimia tarditate sua scrutari: atque ita leves, aereque spiritus, futura nobis certo saepe iudicio praemonstrant, ut aditit pulvinarium, & templorum honoribus divini sibi cultus majestatem usurpent, insidianturque mortalibus anxia semper curiositate sollicitis.

INSULTUS DEMONIAEUS.  
ΕΓΓΑΣΤΡΙΜΤΟΟΙ, ΕΤΕΡΝΟΜΑΝΤΕΙΑ.  
Vocabulum Iudaeorum Hebraeos, omne demonum vaticinantium, atque responsa dantium genus complectitur, ab rerum omnium cognitione, quam proficitur: a verbo Jada, hoc est, scire. Iisdem vox Ob, utrem, aut lagenam significat: unde & eos demones, qui obscuris vocibus, ex femotioribus corporis humani paribus (veluti ex axillis, ut feminarum pudendis respondebant, quasi ex ure, aut laguncula) Ob, aut plurali, numero Oboth, ea gens vocavit. Graeci vero apposta vocaepelluntur ΕΓΓΑΣΤΡΙΜΤΟΟΤΕ, hoc est, per os utriusque ventris hominum profatur: & divinationem ipsam Πνευματομαντιαν. Quam vocem Graecam imitati Latini quidam, non inepte Ventriloquos dixerunt. Hos Pythonos quidam dicunt. Plato, & Aristophanes in Vespis Euryclum, ab Euricle tali vate Phisacorius l. 3. Divinationum, etiam mulieres tradit engastrimythos, quae manes evocant: quomodo i. Reg. c. 28. ad instantiam Saulis, Pythonissa quaedam prophetae Samuelis animam elicit. Suidas in l. de Mysticis, Jamblicus Sibiyla, inquit, in Delphis duobus modis suscipiebat Deum, vel per spiritum quandam tenuem, igneumque, qui erumpebat ex ore antri cuspidam, vel sedens divaricatis cruribus in adyto super foveam aeneam, habentem tres, aut quatuor pedes, spiritum pendula subeuntem recipiebat. Caelus l. 8. A. L. cap. 15. & Chrysofomus.

Τελεπονοματιαν dicebatur, quando pectori ventrive, inclusi spiritus vaticini vel fugerebant, vel vincti, compressique obfocorum linguis ipsi efferebant, & proloquebantur requisita, praesentiaque vaticinia. Sophocles τελεπονοματιαν vocat, teste Suidas.  
GREGORIUS Agrigentinus Episcopus, amulus habuit Sabinum, & Crescentium diaconos. Illi ut e medio eum tollerent, noctu inhonestam mulierculam in ejus lecto occultarunt: qua postea producta in publicum, curarunt, ut Gregorius in vincula coniectus transmitteretur Rom. Verum correpta Muliercula a demone, prodidit dolum, quod pecunia ab acculatoribus fuisse corrupta, ut tantum crimen in virum sanctum confingeret. Absolutus igitur ille, loco quo vo restitutus: acculatores vero in exilium abiit. Metaphr. in ejus vita.

VOX DIVINA INCERTO auctore emissa.

Revelationis locos consule, item Magorum, & Propetarum, quatenus intelligentiarum fruuntur colloquio, Item, Vidorie nunciis divinis.

LYCORGUS cum casu Olympia venisset, & esset spectator, vocem ibi a tergo velut hominis ei accidisse narrans increpavit eum, & mirantis, cur cives suos ad concelebrandum illud solenne non excitaret? Conversus, ubi nulquam comparuit, qui fuerat locutus, divinam vocem esse ratus, ad Iphirum se aggregavit, lociisque concinnandi festi, clarus id, & solidius effecit. Plut. in Lycurgo.

VALESIIUS, vir locuples, tribus, quos habebat, filiis pessilentia laborantibus, dum ante focum suos penates orat, ut salvos pueris in suum caput id mali vertatur: vox repente audita, filios salvos fore, si Tarentum duxerit, ibique ex ditis patris, & Proserpinae ara, petia aqua recrearit. Quod ubi fecit, pueri salutarique fopiti, continuo omni morbo liberati sunt. Val. Max. l. 2. c. 1.

Roma, M. Cedius plebejus homo, tribunorum collegio

gio consulari potestate renunciavit, se nova via supra eadem A vestire, ubi facillim postea fuit, silentio noctis vocem humana clariore audivisse, quae jubere magistratibus nunciari, Gallos advenire. Auditoris humilitas effecit, ut spero oraculo ipse auctoritudo sibi habitus: neque etiam Galli ad huc, hominum qui essent, satis erant Romanis noti. Plutarchus in Camillo.

Tempore Romani Argypopolis Imp. in Thracensi provincia apud radices montis Cuzenze, mox miserabilibus ejulatuibus, & lamentis a Martio ad Junium exaudita, cladem Romanorum in Caesaryia portendit. Cedrenus.

IZATIS Adlabenorum regis nondum nati excellentiam divina vox indicavit. Cubans enim cum uxore pregnante Monobazus rex, & manum reclinatam habens in uxoris uterum, vocem quandam sibi audire visus est, jubentem, ut manum a ventre tolleret, neve premeret foetum, qui ut non sine divina providentia inchoato sit, ita finem habiturus esset fortunatissimum. Hac vox petuocus Monobazus, natum hunc filium Izaten nominavit, regnique haeredit reliquit. Qui Judaeorum religionem amplectus, rebulque contra Arabas, & Parthos feliciter gessit. 24. regni anno, satis cessit. Josephus l. 20. c. 2.

Obfessis a Tito Vespasiano Hierosolymis, vox divina, Migremus hinc, in templo audita, Hierosolymitanum excidium effugere gessit. Josephus l. 7. c. 2. belli Judaici.

Castium Chareum Trib. militum vox divina animasse fertur, ut interficeret Cajum Imp. Suetonius.

Neronem paucis ante eadem diebus, ex Augustorum Mausoleo vox exaudita fertur nominatim ciens. Suetonius in ejus vita.

Vox nocturna, Cave tibi Italia, Attile Hunnorum regis in Italiam adventum praedixit. Bonfin. l. 3. Dec. 1.

Theffalonicensis Episcopus vocem supra ter audivisse fertur. Quam, sive ita sit, sive conficta, sive e libris Imperatoris excerpta fuerit, interpretati sunt, ut quidam, sicut in quibusdam parva ad huc, ut Michael Palaeologus Imperator Romanorum celebrabitur. Pachymerus.

NICEPHORI Phocis Imp. mortem vox nocturna enunciatum Constantinopoli in arce. Quo tempore murus palatii condebat, nocte quadam per mare subvectus aliquis, ita vociferatus est: O Imperator, erigis muros, & tamen vel ad caelum eos educas, incens cum sit malum, urbs capta facilis est. C Muro absoluto perire ea ipsa die; cum ei claves is, cui id negotiis commissum erat, in manus traderet. Cedrenus.

ELDRÉDUS Angliae rege graviter decumbente, Dunstanus Cantuariensis Archiepiscopus ad eum accersitur. Qui cum prope ad aulam contenderet, e caelo vocem audivit: Ecce rebehdredus obdormivit in Domino. Quae voce equus, quo vexebatur Dunstanus, concidit. Vincenius lib. vigesimo quarto, cap. 76.

VISIO DIVISA, SPECTRORUM, ANGELORUM, DEMONUM.

Spectra duorum sunt generum. Alia quidem muta, quorum exempla petes ex Obfessis sua applicatis materiae: alia vero vocalia sive Angeli, sive Demones, sive Homines, sive Animalis alicujus speciem induant, atque etiam praesentiant. Conveniunt utraque in eo, quod apparent, & mox disappearant. Consule Tit. Mortuorum praesagia, quorum veluti larva videntur spiritus.

Angelus uxori Manuz Samsonis partum praedixit. Judicum cap. 13. Item Zachariae, Joannis Baptistae, Lucae 1. Disertissime vero Virgini matri, super omnes mortales benedictae.

SAUL rex per Pythonissam excito Samuele, de infelici vita exitu, & clade gentis, certior redditus est. 1. Reg. 28.

D. PETRUS de infidiis Neronis Romae e ductus. Vide infra, Malorum corporum divina cognitio.

SIMONIDEM a ruina aedium, in quibus Scopus Theffalus convivabatur, praeservatum duo juvenes (genii videlicet) qui paulo ante ruinam eum evocarant, & repente disparuerunt. Idem cum ad litus navem appulisset, inhumatumque corpus jacens sepulchrum mandasset, admonitus ab eo in somnis, ne proximo die navigaret, in terra remansit. Qui inde solveterant, fluxibus, & procellis in conspectu ejus obruti sunt. Val. Max. l. 1. c. 7. Cic. l. 1. de Divin.

DION Syraculanus, liberatis Syraculis, paulo ante quam interficeretur, sedebat forte diei sero domi in porticis cogitabundus. Ibi strepitum repente factum, respiciens clara ad huc lu-

ce ad alteram porticus partem, conspexit grandem mulierem, cultu, & facie nihil a tragica horrentem furia, quae verberabat scopis domum. Ibi vehementer percussus, accitis amicis visum narravit, oravique apud se, ut permaneret, timens ne si solus esset, iterum sibi monstrum obversaret. Ceterum id non est reversum: sed filius ejus fere adultus per dolorem aliquem animi, & itam, ex puerili oram occasione, de fastigio domus semetipsum praecipitavit, & interit. Plut. in Dione.

Ovidius scribit l. 5. Fastorum, Remum Faustulo, & Accre Laurentiae uxori illius, nutriciae suae noctu apparuisse, quae illum esse de miseranda sua morte, eosque rogasse, ut dies ille, quo casus erat, inter feriatus haberetur.

Spectrum fistulatores ingentis, classicum canens, portendit C. Julio Caesari victoriam adversus Pompejum ad Rubiconis ripam: cum secum reputans confiliteret Caesar, quantum cladem ejus fluminis transitus humano generi importaret. Tranquill. l. 5. Sab. l. 7. Euv. 6.

C. CASSIUS, in acie Philippensi, vidit humano habitu augustiorem C. Julium Caesarem, quem in senatu interfecerat, purpureo paludamento amictum, minaci vultu, & concaito equo in se impetum facientem. Quo aspectu perterritus, tertium hosti dedit, voce illa prius emissa, Quid enim amplius agas, si occidisse parum est? Valer. Maxim. libro 2. capite 8.

CURTIVS RUFUS, tenuis adhuc, & obscurus, obintentionem comes habebat. Inclinato die spatia batur in porticu: offertur ei mulieris figura, humera grandior, pulchriorque: perterritus, Africam se futurorum praenunciam dixit. Iturum enim Roman, honoresque gesturum, atque etiam cum summo imperio in eandem provinciam reverturum, ibique moriturum. Facta sunt omnia. Praeterea ascendit Carthagini, egressentique navem (nimirum cum ad praefecturam iret) eadem figura in litore occurrisse narratur. Ipse certe implicitus morbo, futura praeteritis, adversa secundis auguratus, spem salutis, nullo suorum desperante, projecit. Plin. l. 7. Epist.

ADRIANO patricio a Basilio Imp. contra Cathaginenfes misso, nocte quadam Demones indicantur pastoribus, captas Syraculas. Cedrenus.

BASILIDIS liberti spectrum Vespasiano in aede Serapidis, quo de firmitate Imperii facturus auspiciis concesserat solus, portendit imperium, verbenas, coronamque, & panificia offerens. Suet. l. 9. Sab. l. 3. Euv. 7.

OVIDIVS GALLICANUS sub Constantino Magno contra Scythas male gesta, Philippis obfidebatur. Votum Deo fecit, si victoria potiretur, se Christi cultui dediturum. Quo facto, oblata est illi species juvenis statura exelsi, ferentis humero cruce, dicentis: Sume gladium tuum, & sequere me. Illo vero obediente, armati sese illi adiungunt milites, & castra hostium invadunt. Dux hostium ad pedes sese illius abiecit, & tributo promisso, Scythiam rediit. Sigon. l. 3. Imp. Occid. ex Terentiano.

ARCADIUS Imperator Gainam cum exercitu suo in urbem Constantinopolitanam receperat, ut eam defenderet. Ille urbem in suam potestatem redigere volens, misit agmen ad incendendum Imperatoris palatium. Ab illo agmine conspecti sunt densissimi exercitus (angelorum nempe) armaturam militarem, & corpora magna praeferebant, ideoque ab incendio abstinerunt. Misit alios, qui idem referebant. Tandem ipse ivit, viditque rem ita habere, & coepit desistit. Socrat. l. 9. Sozom.

Spectrum demoniacum Gennadio Patriarchae Constanti-nopolitano, cum noctu ad altare staret, & preces ad Deum pro mundo funderet, praedixit mutationem religionis. Illo quidem vivo, agens, se cessurum, atque quieturum, postea vero modis omnibus Ecclesiam perturbaturum. Niceph. l. 15. c. 23. Suidas, Cedrenus.

Anno Domini 1192. Cyrillus eremita, post decem praedictionis annos ex Armenia ad Carmelum est reversus, ubi factum oraculum valde prodigiosum inter sacra habuit: de quo Mantuanus in 3. Fastorum libro sic scribit:

Cyrillus divinus homo, cum sacra litaret, Manu sub auroram sacra vestitus ab ella, (Res miranda) puer fulgenti splendidus ore Astitit ante virum, liquidis suspensus in auris: Argentumque, docens animorum fata sequentum Protulit, & manibus pronis dimisit in aram. Adiciens: Drus ista tibi secreta revelat, Sancte pater, tu fac populus ea nota Latiniis.



**A** Continud mutans Romanis Astica verbis  
Nomina, ad Abbatem Siculum transmisit 3 & ille  
Confestim in latium, scibolis ad singula junctis,  
Qua superant, & habentur adhuc, passimque leguntur.  
Anno Dom. 1536. Siculo quidam mercator Catania Messa-  
nam proficiscenti, in via occurrens Fabri cujusdam immanis  
spectrum, Atmæ incendium portendit, & prædixit: quod &  
sequenti nocte ingenti cum terramotu, & strepitu subsecutum  
est: mortuo præ horrore eadem vespera mercatore. *Gib. Ca-  
gnatus 18. Narrationum.*

ALARICUS Gothus perfidia Rufini ad invadendam Gra-  
ciam inductus, cum exercitum Atheniensem urbi admoveret,  
Minervam in muris obambulanti sibi videre visus est, ea spe-  
cie qua à Gentilibus fingebatur: pro moenibus verò Achil-  
lem stantem, qualem Homerus expressit, cum iratus Patrocli  
nemem ulturus accessit. Cujus visus nova specie territus, con-  
silium oppugnationis abiecit, ac pacem ultrò civibus obtulit.  
Qua sacramento ultrò citroque firmata, urbem cum paucis  
ingressus est. Summo omnium studio exceptus, cum lectissimi  
civibus lautus accubuit: ac muneribus eximie cultus, urbe  
pariter, ac tota Attica sine ullo maleficio cessit. *Signo. l. 10. Imp.  
Occid.*

ARIULPHUS dux Spoletanus Cameribus magno pralio su-  
peratis oppidum in potestatem redegit. Hunc quamvis Ge-  
tem, narrat Paul. *Diac. l. 4. c. 5.* in acie à B. martyre Sabino pro-  
fectum. Quod ille non sine sua, omniumque admiratione in  
hunc modum comperit. Quippe domum repetens, instituto  
fortè cum suis de rebus gestis apud Camerinum sermone à  
proximis quaesivit, quisnam ille fuisset, quem in pralio forti-  
ter dimicantem vidissent? Respondentibus autem illis nemi-  
nem se fortius pugnantem illo ipso Duce vidisse, subiecit:  
Profectò multo me in omnibus rebus meliorem vidi alium,  
qui me quoties hostium aliquis petuit, scuto suo protexit. Post-  
quam autem Spoletum appropinquavit, ubi B. martyris Sabini  
Episcopi sita Balica erat, cujusnam illa tam ampla domus fo-  
ret, rogavit. Cui responsum est à Catholicis, S. Sabinum mar-  
tyrem ibi quiescere, quem Christiani in bello defensorem ha-  
berent, ac propterea opem ejus precibus exposcere consuevis-  
sent. Tum Ariulphus: Et heri potest, inquit, ut homo mor-  
tuis aliquid viventibus auxilium præstet? Atque hoc dicto  
equo prolapsus, basilicam visendi studio inivit. Plerisque  
autem in divinan precationem convertis, ipse picturas Basili-  
cae lustrare oculis cepit. Cum autem figura Sabini martyris  
occurrisset, lætus mox jurejurando affirmavit, tali omnino  
forma, & habitu virum fuisse illum, qui se in acie protexit.  
*Signo. l. 1. Regn. Ital.*

HADINGUS Danorum rex, contra Uffonem regem Suevo-  
rum exercitum ducens, integro quinquennio Sueciam afflixit.  
Tandem ad ultimam necessitatem redacti, sylvestribus fungis  
uti, & neque ab equis, canibus, & humanis artubus abstinere.  
Noctu congressis exercitibus, duo senes humano habitu terri-  
ores, inter siderum micatus, triste visu calvitium præferentes,  
alter Danorum partibus intendebat, alter Saconum studiosus  
exitebat. Vidit tandem Dani. *Saxo l. 1.*

Mos erat antiquis super futuris liberorum eventibus Par-  
carum oracula consulere. Quo ritu Fridricus II. Danorum  
rex Olavi filii fortunam exploraturus, nuncupatis solenniter  
votis, deorum ædes precabundus accessit, & introspecto fa-  
cello, ternas lædas à totidem nymphis occupari cognovit.  
Quarum prima liberalem puero formam, & vultum eroga-  
vit. Secunda liberalitatem consulit. Tertia puero par-  
simoniae crimen affixit. Ita accidit, ut Olavo permixta li-  
beralitati parsimonia tribueret cognomen. *Idem capi-  
to 6.*

HOBRODDI Sveonum regis ab Helgone Danorum rege  
casi filius Hotherus, Gevati tutoris sui filiam Nannam de-  
peribat. Eandem Balderus Othini magi P. ferro inviolabilis  
percibat, & Hothero infidias struebat. Qui cum inter ve-  
nandum in antrum Nympharum incidisset, quæ à suo natu  
belli fortunam pendere assererent, & ut à Baldero rivale si-  
bi caveret monerent: post varia colloquia casu repentino antri  
sub dio relicto vidit. Gevarum adit, filiam in uxorem  
petit. Ille gladio Mimingi Satyri Balderum superari posse  
docet: eisdemque per vim cogendi rationem monstrat.  
Paret ille, & cervis jugalibus loca frigore æterno damnata  
petens, à Mimingo gladium, & armillam, divitiarum con-  
ciliatricem extorquet. Varia inde fortuna cum Baldero de  
regno Danie certans, cum post adversum prælium in solitu-  
dinem se contulisset, eisdem virginibus in specu reperit, & ab  
iisdem didicit in expedito victoriam fore, si inustitate cujus-

dam suavitatis edulium augendis Balderi viribus excogitatum  
præcipere posset. Itaque Baldero rursus bellum inferit. In-  
genti utrimque strage edita, nox prælium solvit. Cursus ter-  
tio sermè pervigilio, Hotherus clam cunctis in hostium ca-  
stris excessisse cognoscit. Quas cursum insequens, tandem  
tecta, quibus affueverat, subit, & ab his quisnam esset roga-  
tus, citharædum se dixit: oblatamque chelym arripens,  
gratum auribus melos edidit. Tres illic colubri cran, quo-  
rum tabo solidativæ confectionis epulum Baldero temperare  
solebant. Jamque anguim aperto ore multa pulmento sani-  
ens inflebat: & Nympharum una Hothero ferculum illud  
datura fuerat, ni maxima natu vetuisset, fraudem Baldero  
sieri protestans, si ipse hostem robore auxisset. At ille  
non Hotherum, sed Hotheri comitem se dicens, ab iisdem  
dono potentem victoriæ zonam accepit: & mox revertens,  
obvii sibi Balderi latus hausit. Ille ex vulnere post triduum  
perit. *Idem l. 3.*

DUNSTANUS Anglus Glasconiensis Abbas cum ex demonis  
cujusdam ante se saltantis gestulationibus Edmundi Ang-  
lorum regis habitum cognovisset, ad aulam regiam incitato  
cursu contendit: & in medio itinere de obitu regis certior fa-  
ctus est. *Vinc. l. 24. c. 71.*  
Spectrum Cadavalladro Britannorum regi exilium per quietem  
prædixit. *Poly. l. 3.*  
Mortis spectrum Alexandro III. Scotorum regitertias nup-  
tias cum Jolana filia comitis Draconensis, celebranti noctu  
in sine choreæ saltans mortem denuntiavit. Siquidem eodem  
anno equo excussus, & occisus est. *Carderus de Reum va-  
riet. l. 16. c. 93.*

MACHABÆUS Amitinus regis Scotiae Duncani, & Banquo  
Stuart Fortes vir strenuus, per sylvas proficiscens ante  
regem obviam tres habuere mulieres insolita facie. Quarum  
una inquit, Salve Machabæe thane flammis: Hoc nomen  
erat dignitatis quam nuper acceperat. Altera verò, inquit,  
Salve Caldariæ thane. Tertia verò, Salve Machabæe olim  
rex future. Tum Banquo: Et vos, inquit, quæcunque  
estis parum propitia videmini, quæ huic præter optimos  
magistratus etiam regnum deseritis, nec mihi quisquam.  
At ea, quæ prima fuerat, respondit: Immo tibi longæ ma-  
jora, quam huic nunciatus, nam hic quidem regnabit,  
verum inausu exitu, neminem post se in suis posteris re-  
gem relinquit: at tu longa nepotum serie, quæ regnum ob-  
tinebit (licet tu rex futurus non sis) relicta, decedes.  
His dictis à conspectu se propurperat. Vana primò visa sunt  
hæc. Sed ubi Machabæus Caldariæ primum (id nomen  
dignitatis apud Scotos) inde rex factus est præter spem,  
occiso rege Duncano, cui erant filii duo: memor ostenti-  
comatus est Banquonem, & unicuique ejus filium Flem-  
chum, ad cenam invitatos, occidere. Occiso patre, &  
tenebrarum suffragio filius evasit. Tandem à Malcolm, &  
tertio Duncani filio, Machabæus occisus est, post multas  
stirpes, regnum in familiam, & nepotem Banquonis  
Stuart, apud cujus stirpis puellam adhuc manet, translatum  
est. *Hector Boeth.*

Ante prælium illud, ad fi. Bannafborn, quo Scoto-  
rum xxx. m. ductu Roberti I. regis trecenta milia Ang-  
lorum supravere, in Glassimbri, pridie Joannis, ab Ab-  
batem duo viri insignes armis venere, hospitium illius no-  
ctis petentes. Qui benigne excepti, rogatique quoniam  
proficiscerentur, responderunt se ad Bannafborn, auxilio  
Scotis in posterrum dicem ituros. Sed inde in conclave du-  
cti, cum fummo manè curator hospitium inspectum eos, H  
ut fit, venisset, quoniam nemo comparuit, grabatæque  
composita mansere, creditum est, Angelos è caelo mis-  
sos, ac singulare Dei auxilium eo die Scotis adfuisse. *H. Boethius libro 14.*

Cum Philippus Imp. Othone IV. Imperii æmulum in ur-  
be Brunsvico obsideret, D. Auctor Treverensis Archiepiscopus,  
ejus urbis patronus, visus est sacra veste in moenibus gladi-  
um vibrare nudatum. Eo miraculo territus, Philippus, ex-  
ercitum reduxit. *Crantzus libro 7. Saxo capite 16.*

CHRISTIANUS III. Rex Danie, cum paulo ante nata-  
lem Christi in ægitudine vidisset virum, longa, & alba  
veste indutum, ad lectum adventantem, & dicentem:  
Bono animo sis, Calendæ Jan. desinet morbus tuus, & æ-  
ternæ sanitatis reflicueris, obiit an. Christi 1559. *H. Hin-  
niges in Genual.*

Cum Dani Lubecenses defectores aggredierentur, ipso die  
Mariæ Magdalene acie concurrerunt in Bomehoyede. Ferunt  
adver-

adversum solem oculos Saxonum percussisse: & cives Lube-  
censes votum concessisse ejus diei annua solemnitate celebra-  
nda, si vincerent. Apparuisse igitur Magdalenam inter nubi-  
& nubem opposuisse fulgenti Soli. Pugnantem est acriter,  
& cum aliquandiu communis mars leviret, demum victoria in  
partem Saxonum cessit. Rex Danorum Valdemarus cum fi-  
lio vix elabitur. Ortho dominus Lubeburgensis capitur. Adol-  
pho Comiri Holfatia, civibus Lubecensibus libertas provenit  
ex victoria. *Idem ibid. l. 14.*

Barth. Gradonico duce Venetiis, cum aquæ omnes, & sta-  
gna ita subito exerevissent, ut omnes de salute desperarent,  
proditum est memoria, nocte intempesta occurrisse cuidam  
Piscatori tres humana specie, qui navigium ingressi magnis  
precibus ab eo contenderent, ut sese incolumes ex eo turbine  
servaret. Ille verò accepta conditione, in litus sic eos de-  
duxit, ut tandem quiescente tempestate, aquisque decedenti-  
bus premium velut acciperet à D. Marco annulum suum,  
quem principi offerret, assereretque sua ope præcipue à se di-  
voque Nicolao, & Georg. servatam esse urbem. Id cum pis-  
catori manè ad duceum profectus enarrasset, certaque rei indi-  
cium annulum protulisset: tunc duce piscatore præ gaudio  
complexus, & annuo stipendio viventem donavit, & rei mo-  
nimentum perpetuum posteris esse voluit. *Egnat. lib. 1. c. 6. & 7.  
B Fulg. ibid. 49. Sab. l. 2. Dec. 2.*

Ferunt, Johannem Bock decanum Bremensis Ecclesiæ,  
eum, qui pauperes in summa annonæ caritate fovit, in publi-  
ca processione Ecclesiæ, die S. Victoris Martyris, vidisse mi-  
litem in Ecclesiæ medio, veste præclara, & interpellasse dia-  
conum, atque subdiaconum fusi assidentes, an illum cerne-  
rent? Cum illi nihil se videre testarentur, tum ille egressus  
stationis suæ locum illum rogavit, ut dignaretur panem secum  
in sua mensa, quem Apostolus Petrus subministrare,  
manducare. At ille se excusare, quod adesse non posset. Scif-  
citate insuper decano, quod illi esset nomen: ille se Victo-  
rem esse, cuius festum colebatur, respondit. Ibi, cum decanus  
in genua prostraveretur, subito disparuit. *Crantz. Metrop.  
lib. 9. cap. 2.*

Felix Malleolus 33. scribit, anno Domini 1444. ante pu-  
gnam illam, quam pauci Helvetii contra ingentes Ludovici  
Delphini Francie copias præpocina urbis Basiliensis, tempo-  
re Concilii commiserunt, aliquot noctibus circa illa loca audi-  
tos esse militum clamores, armorum sonitus, pugnantium stre-  
pitus. *Lavaterus parte 1. de Spectris. c. 17.*

LUDOVICI ADELPHI pater, Imolæ dominus, haud diu po-  
stequam decesserat, Homini à lætætas, quem filius Ludovicus  
Ferrariæ mitebat, in itinere, equos insidens, cum accip-  
tre apparuit: huiusque, ut filium in hunc ipsum locum po-  
sita die venire juberet, præcepit, quoniam magni momenti  
res ei prædicturus esset. Ea re audita Ludovicus, tum quia non  
credebat, tum quod infidias verebatur, alium pro se misit. Ei  
illa ipsa umbra, quæ ante apparuerat, obviam facta, vehemen-  
ter indoluit, quod filius non venisset: longè enim plura ei  
dicturam se fuisse asseribat. Sed tunc illud tantum referri  
jussit, quod transacto 22. anno, ac præterea uno mense, die  
quoque specificè addito, urbis imperium, quod obtinebat,  
esset amissurus. Ut tempus, quod umbra prædixit, advenit,  
adhibita magna cura, ea ipsa nocte, quam patris manes sus-  
pectam fecerant, ducis Philippi Mediolanensis confederati  
militis, glacie magna contractis fossis, ad muros penetra-  
rit: adhibitisque fœcis, urbem cum ipso principe ceperunt.  
*Sabell. lib. 1. cap. 4. Exempl. Indi, circa emporium Calecur, ha-  
bent suos demones faceret, aut rates, Pages vel Charis-  
bus abstinuit, in novo quodam tugarolo importatis ad ux-  
id, ut regio fert, necessarii, mundo lecto à virgine anno-  
rum duodecim ftrato, totus decumbit solus, semoto populo,  
invocas demone, quem Hoviovouira nuncupant, per ho-  
re, & amplius spaciunt, adhibitis suis caremonis: Facta de-  
inde invocatione, demon sæpe ingenti cum strepitu accedit,  
populo foris eis expectante, & exclamante, Precamur, ut pro-  
phetæ nostro vera reveles. *Voivier l. 1. c. 16. de Præsig. æm.  
ex Petro Cizea Tom. 2. verum Indicium.**

THEODORUM GAZAM perhibent, prædium habuisse in Cam-  
pania, ex beneficio Nicolai Pontificis. In illo prædio, cum  
Colonus effodisset urnam, in qua fuerunt ossa, apparuisse illi  
spectrum, quod iussit eum urnam rursus sepelire: nisi enim  
id faceret, fore, ut filius moreretur. Cuiusmodi id colonus ne-  
glexisset, ejus filium paulo post noctu interfecit esse. Inter-  
jectis aliquot diebus, revertente spectrum, minitans colono,  
se etiam alterum filium interfeciturum, nisi ossa condideret. Co-  
l. B. Deat. vit. Human. Tom. 11.

lonus ad monitus accepto damno, videns etiam alterum filium  
in morbum incidisse, rem Theodoro refert. Is profectus cum  
eo in prædium, in loco ubi colonus urnam eruerat, rursus  
facto sepulcro, urnam cum ossibus sepelivit. Repositis ossibus  
in suum locum, filius coloni statim convaleuit. *Ex Martialis  
eis communibus.*

FACIUS CARDANUS, pater Hier. Cardani demone fami-  
liarem per 30. sermè annos habuit. Idibus Aug. 1491. hora diei  
secunda, apparuerunt de more septem viri, sericis induiti ve-  
stibus pallio quasi Græco, caligis (ut videbatur) purpureis,  
subuculæ thoracibus splendentibus, ac rubentibus, ut à Cher-  
mesimo esse videretur, forma augustiore, quam communi,  
& conspicua admodum. Nec tamen omnes sic vestiti, sed  
duo, quos constabat esse nobiliores inter ipsos: nam illorum  
alterum, qui procerior erat, & rubicundus, duo alii sequeban-  
tur Comites: alterum, qui pallidior esset, ac minore corpo-  
re, tres alii. Ita omnes septem erant. Capite quid haberet  
impositum, an nudum esset, scriptum non reliquit. Etas illis  
juxta quadragesimum annum, sed quæ nec trigésimum præfer-  
ret. Cum interrogarentur, quomam essent? responderunt,  
Homines esse quasi æthereos, qui & ipsi nascerentur, ac intente-  
rent: verum vitam illorum esse nostra longè diuturniorem,  
ut quæ ad annos 300. extenderetur. Interroganti de animæ  
immortalitate nostræ, nihil quod cuique proprium esset, su-  
peresse affirmarunt. Ipsos divis esse conjunctiores multo hu-  
mano genere, sed tamen ab illis infinito penè distare intervallo.  
Nec fecis illos nobis, aut beatiores esse, aut inferiores, ac  
nos ipsi sumus bellius. Nihil latere abditatum rerum, ut nec  
libros aut pecunias: infamiamque illorum colluivem esse gene-  
ris virorum nobilissimorum, non secus, ac homines villissi-  
mos notoriorum canum, aut equorum educatores. Cuiusque  
detrimenti posse asserere, præter spectra atque terrores, tum  
scientiam. Erant alteri, qui minore erant corpore, 300.  
discipuli alteri 200. in publica academia, uterque enim  
eorum publicè profitebatur. Cum ille interrogasset, cur si  
thesauros nossent, ipsi non revelarent hominibus? Respon-  
derunt sancitum esse privata lege maximis pcenis, ne  
quisquam hoc eis communicet. Manserunt apud illum hor-  
ris plus quam tribus: disputarunt autem interim, rogan-  
te illo, de causâ mundi. Qui procerior erat, negabat  
Deum effecisse mundum ab æterno: contra altere asser-  
bat per singula momenta ita Deum creare mundum, ut si  
vel momento desisteret, protinus mundus ipse periret.  
Ad hoc ipse ex Averrois disputationibus quædam addu-  
cebat, cum liber ille nondum inventus esset. Referebat, G  
& nomina librorum, quorum pars inventa, pars adhuc la-  
tuit. Atque hi omnes tamen Averrois erant: ille verò  
palam Averroistam se profitebatur. An vero hæc sint de-  
monia, an somnia meridiana? *Cardan. de Sublimitate, lib.  
de Demoniis.*

ANIMALIUM VIVORUM OBSERVATIO,  
OCCURSUS, INSPECTIO,  
Consideratio, in genere

Ex loco Exercitiorum Divinationis exempla huc  
transferrî possunt, quatenus singularia exemplum generalia  
habitu attestantur. Et verò quæ hic adducuntur singu-  
laria. Exercitiorum exempla eodem consilio addidit, ut  
ne quis vel præceptorum, vel exemplorum tautologiam ac-  
cuset.

Scoti veteres ad bellum exeuntes, occiso, quod primum H  
obviam occurrisset, animali, sanguine ejus gladii cuspidem  
tingentes degustabant, ea sibi prospera fore auspicia pollicen-  
tes. *H. Boethius in Scotia.*

Japones, quod manè animantis occurrit procedentibus,  
ex eo capiunt omen eventus diei, & idem in diem co-  
lunt. *In descript. Japonie.*

Rugiani, Balthici maris æcolæ, iter facturi, primo ani-  
malis occurru, votorum auspicia capiebant. Quæ si lata fuif-  
sent, ceptum alacres iter carpebant: sin tristitia, reflexu cur-  
su propria repetebant. *Saxo l. 14.*

AVIUM DIVINATIO.  
ORNEOMANTEJA  
QUALIS. QUOMODO.

In genere.  
In avibus tria erant divinandi genera apud Antiquos, *avianæ*  
Hhh in



in genere dicitur a Suida. Aliæ enim aves volatu, ut præpetes, A quarum volatum Phryges, teste Clemente, primi obser- vaverunt: aliæ cantu, ut obsœnes, ab occinendo: aliæ gustu futura prædicabant, nempe ex tripudio solistimo, sic dicto a solo, quoties ossa, quæ pullis dabatur, certo modo caderet in solum, Polyd. lib. 24. de Rerum invent. Ex avibus verò augures quasdam obsœnes, quasdam præpetes notantur: obsœnes cantu, præpetes volatu, augurium facere, & prædicere. Semper cantus obsœnis, cum sinister est, secundissimus fuit. Ex præpetibus autem aquila, vulture, & butcone, sanquali, & immusulo latantur, casque felicis even- tus esse, cum ingentibus alis patulæ portectæ volant. Quasdam dicere funebres, quæ omine averfo aliquid fieri vetant. Alex. lib. 1. c. 13.

Garrita. Auguria propriè.

Imperante Antonino Caracalla, infedit obelisco vociferabun- dus graculus. Succlamatum à Pop. Rom. ceti ex composito: Martialis, salve, Martialis, ab tẽpore multo te non vidimus. Hec autem non intelligenda est graculi appellatio, sed ejus erat no- men, à quo interceptus est mox Antoninus. Cal. lib. 24. cap. 4. A. L.

Tripudio.

Ex Esœ casum solum, in Solistima sunt dicta tripudia. Sed ex pullorum aviditate, & promptitudine. Consule Auguriorum, & Auspiciorum locos.

Rapina.

Apud Olympii Jovis aram sacrificantibus milvi, etsi avium hoc genus insigni est rapacitate, infensi non sunt. Quod si forte extat, vel viscerum partem ullam appetierit, dira porten- di immolanti creditur. Paulan. l. 5. Volatu.

Præcis Atheniensibus noctuæ volatus victoriæ symbolum existimabatur: propterea quod avis hæc Minervæ sacra cre- deretur, quæ quidem dicta est etiam malè consultata Athenien- sium bonè fortunare. Inde rebus felicibus, atque ex animi sententia succedentibus dici consuevit, Noctua volat. Zeno- dotus, & Suidas. Plutarchus tradit, Pericli è superiore navis ta- bulato concionanti, noctuam ad dextram advolasse, ac malo infesidisse, quod omen effecit, ut omnes irent in illius sententiam.

Accessu.

Cum Vitellius Imper. Viennæ pro tribunali jura daret, gallinæ supra humerum, ac deinde in capite assitit. C Hoc quidam non aliud portendi prædixerunt, quam Vi- tellium in alicujus Gallicani hominis potestatem ventu- rum. Nec felliter conjectura. Si quidem ab Antonino Primo, adversarum partium duce oppressus est: cui Tolosæ nato co- gnomen in pueritia Beco fuerat: id valet gallinæ rostrum. Suet.

ROM. DIOGENES Imp. Turcis bellum facturus, cum vix è portu solvisset, columba non profus nigra, sed ad nigredinem inclinans, tritem ejus circumvolavit, nec circa illam alas agitare desistit, donec manibus comprehensam Imperatrici Eudoxiæ misit. Quod inauspicatum omen visum est tam ei, qui cepisset, quam ei, quæ accepisset. Sed & imperatorum tabernaculum ligno, quo in medio fulcitur, spontè confracto concidit. Quæ omnia omnia erant inauspicatæ expeditionis in orientem. Zonaras.

Cum Longobardi, ægrotante rege Luitprando, nepotem ejus Hildebrandum regem creassent, ac pro more contum in ejus manus dedissent: cuculus advolavit, ejus cacumini infes- dit. Plerique interpretati sunt, fore ignavum regem. Itaque D post eo dejecto, alium elegerunt. Paulus l. 6. c. 16. de Longo- bardis. Blondus Dec. 1. 10.

Vide locum de Bubone.

Coitu.

Gallus gallinæ si gallum ineat, non præsentem gallina, vi- vus concrematur: cum vates quispiam, aut aruspex id magnum, & dirum denunciet esse ostentum. Plut. in Gryllo.

Partu.

LIVIE, cum recens Augusto nupsisset, per Vejentanam villam suam eunti, æquila in gremium ejus gallinam candidam, in ore lauri habentem ramum demisit. In bonam partem augu- rio accepto, cum curari diligentem gallinam jusisset, magnus ex ea candidorum pullorum numerus provenit. Plantatus quo- que lauri ramusculus, ingens lauretum protulit. Ex qua sylva postea observatum fuit, ut triumphaturi laurum fumerent, quem manu in triumpho gestabant: præfectoque triumpho re- stitutus ramus plantaretur, radiceque mitteret. Illud quo- que notatum fuit, defecatum ejusmodi ramusculum, præsa-

gium fuisse mortis illius, qui cum in triumpho gestasset. Cæ- terum postremo Neronis anno, ut propinqua ejus morte Cæsa- rum quoque defestura ioboles ostenditur, gallinarum can- didarum stirps tota perit, lauretumque ex toto aruit, defestique. Suet. in Plin. l. 15. ult.

Eadem prægnans, feminarum in marem edita esset, præsa- gio rem explorare voluit. Ovum itaque gallinæ incubanti sub- ductum, nunc sua, nunc ancillæ manu tam diu fovit, donec pul- lus inde insigniter cristatus exclusus sit. Quo viso, marem se- progenituram intellexit (is Tiberius fuit) & ex cristis ad im- penum perventurum speravit, conjectura Scribonii mathema- tici. Suet. Plin. l. 10. c. 55.

Gallina Romæ ovum serpente cælatum peperit, quo nonnul- li Henricum IV. Regem Rom. designatum voluerunt. Aven- tinus A. D.

QUARUM. PUTA.

Pullorum, Gallinarum. Αλετρομαντεια.

Inter auspicia, quæ Veteres maxima cura, cultuque observa- runt, annotavere annales non parvæ æstimationis pullos fuisse, quibus è cavea emissis libertas dabatur. Et tametsi antiquo au- gurum decreto, omnis avis tripudium facere possit, tamen inter eas præcipui fuere pulli Melici, & Chalcidici: quibus tantum honoris tributum est, tantumque religionis, ut nisi his præmonstratis comitia non haberent, nullos ad hono- res proveherent, nulli provincias demandarent, non senatum consulerent, non bella, vel paces inirent, nihil denique domi, forsique agerent, quod ab his non prædictum, velut deorum monitu, magna cura pensitarent. Hæc enim quasi internunciæ Jovis, & interpretes, futura præmonere dicebantur, quibus pullarius præerat: quotiesque de promovendo negotio, aut re exequenda pullos consultum erat, imperato de more silentio, pultem illic ante caveam, aut ossam obiciebant: eratque tempus consulendi summo manè, & primo diluculo. Quod si oblata esca, è cavea pulli non exirent, aut sero progressi, es- cam non attingerent, retro cederent, vel occinerent, aut non velerentur, seu plantæ alarum alimenta refugerent, aut evolarent penitus, tunc pullarius quasi monitu fatorem, diem prælii, aut rei exequendæ tempus, differebat. Quod nisi pa- ritum fuisset, extremum exitum, & perniciem plerumque at- tuleret. Tiberio Græco, qua die in turba cæsus occubuit, pulli non addixere, sed emissi è cavea, retrocesserunt. Et P. C. Pulcer moturus adversus hostes non paucitibus in auspicando G pullis, per contemptum religionis, inito navali prælio, terribili strage cum omni classe profugatus penas dedit insignes. Si autem pulli è cavea egressi, obiectam pultem, aut ossam vo- lenti animo depasti essent, ita ut illis vescentibus frustum ab ore decideret, & terram paviret, quod tripudium faceret, solistim- vium: quia in terram caderet post tripudium, olim Terrapa- vium, quia in terram paviret, id est, feriret, rem hanc du- biè fortunari, & auspicia secunda esse, latosque successus, & spem mirificam præsignantur. Alex. l. 1. c. 28. & 29.

Ad inquisitionem nominis ejus, qui post Valentem esset im- perio potiturus, Jamblichus, & Libanius literas 24. pulveri inscripserant, & cuique granum tritici, & hordei imposue- rant, & gallum, recitatis carminibus quibusdam, dimiserant: ut ex quibus literis grana fumeret, nomen successoris cogno- scerent. Accipit autem grana ex literis 3, 8, 2, 8. Valens ea re cognita, Magos amplius centum occidit, cum Jamblichus si- bi vitam veneno admisset: mobilesq; viros omnes quibus Theo- doris, Theodoti, Theoduli, & similia fuerunt nomina, è medio sustulit. Sic diabolus servis suis mercedem rependit. Zonaras H tom. 3.

AQUILARUM.

\* Dum nuper, anno scilicet 1595. Sigismundus Transylva- niæ Princeps copias adversus Sinanem Bassam Turcicum eduere, aremque Tergovistam obsideret, ecce aquila in- gens de vicina rupe per aërem dilapsa, illius tentorio infesidit, se- que capi à militibus permisit. Quæ res fecit mox victoriæ, fugati Sinanis, & expugnata arce, non leve augurium exercitui fuerat. T. Ant. Privat. cap. 10. in sua histor. Pannon. Vid. inf. viâ. auguria.

Vulturum.

HEROD. PONTIC. Herculi latum augurium tradit fuisse, si vultur se obtulisset in re agenda. Et est hoc animal præter cæte- ra innocentissimum, nec fatis, vel plantis, vel pecori incom- modat. Cadaveribus animalium reliquorum tantum vesci- tur: nihil, quod vivat perimit, neque ei nocet. Volu- cribus ob cognitionem abstinere mortuus: cum aquilæ noctuæ

noctuæ, & accipitres sui generis aves invadant, & interimant A vel vivas, ut Æschylus ait. Immunda avis sit, si qua avem depascitur. Jam volucres aliæ ferè oculis nostris obverfantur: vulturis rarum est spectaculum, neque quæquam temere, qui pullos vulturinis confespexit, invenias: sed raritas illorum nonnullis, & insolenia opinione inveni novam ex alio orbe huc eos commigrare: cuiusmodi vates contendunt id esse, quod non natura duces, sed sponte se profert sua, sed mittitur divinitus. Plut. in Romulo. Quod si, ut fabulantur Ægyptii omne est eorum femininum genus, concipiuntque aspirantem excipientes subfolanum, ut zephyrum arbores: etiam omnino certa signa ab eis, & fixa fixi edim probabile est. Idem in quest. Rom.

Turturum.

Turtur Hunenburgenses Bavatos contra Ungaros dura obsidione se prementis animavit: ut portis catervatim erumpentes hostem profligaret. Aven. lib. 5. Annal. Bojor. A. D.

Hirundinum.

Hirundines nidulatz sub navis Antoniaz puppi, M. Anto- nio insautz fuerunt. Aliæ enim involantes, & hæc exegerunt, & pullos perdidertunt. Plut. in Antonio.

Passerum.

Primo belli civilis, passer cicadum discerpens, & partem in æde Bellonæ reliquens, cum altera parte avolans, Romæ Bel- licivilis augurium fecit. Plut. in Sylla.

QUADRUPEDUM DIVINATIO.

ARMENTORUM, BOVM, VACCARUM.

Pabulo.

Colcatur in Ægypto Apis bos in sano antiquissimo, intra septa magna religionis, in quibus conjecturam divi- næ mentis, & prædicationis futurorum venabantur. Sicut in Memphis vacca, & in Heliopoli Mneus bos. His portectam escam accipientibus, aut averfantibus, felicia auguria, & exitus fortunati, nonnumquam magna infortunia, & repentinum incommodum prædici, & præmonstrari putabant. Alex. lib. 1. cap. 28.

Germanicus, cum oraculum Apis consuluisse, & deus obla- tum pabulum renussit, functum omen, & indubiam necem, quæ paulò post secuta est, prænuntiavit. Idem l. 6. c. 2.

Gestu.

Eudoxum Gnidium Apis de morte consultus, veste apprehen- sa, non voce, sed gestu moriturum præsignavit. Extat de eo epigramma in i. Græcor. Epigramm.

Lucullo contra Tigranem moventi, boves sacre Dianæ Pericæ victoriam portenderunt. Earum enim una trans- gressio Euphratem exercitum, profecta ad petram quandam, quæ sacra deæ habebatur, conitici in illa, & demissoque capi- te, ut quæ recte deæ abunter, præbuit semetipsa Lucullo ho- stiam. Plut. in Lucullo.

Observatum est olim sacrificantibus, ut si hostia, quæ ad aras duceretur, fuisset vehementius relictata, ostendissetque se invitam altarium admoventi, amoveretur: quia invito Deo offerri cum putabant. Quæ autem steteret oblata, hanc vo- lenti numini dari existimabant. Hinc Virgilius.

Et audus cornu stabit sacer bircus ad aras.

Et alibi.

Est stratum ante aras aurata fronte juvenum.

Macrob. lib. 3. c. 5.

Magitu.

Matthæo magno Vicecomite, Masino in pago ad Verbanum lacum nato, armenta ejus vici spontè soluta proripienteque se magno tumultu è stabulis domum, in qua Anastasia mater in- fantem noctu emitebatur, inusitato mugitu edito, quasi salutasse feruntur, adeo ut expectata vicinia tota puerperæ magnus timor incurreret: sed id Theobaldus pater pro latissimo ostento accepit, gratulatus vel od id uxoris fpeciem partum, quod mi- ræ magnitudinis infantem ad ingentis spei fortunam edidisse ruderetur. Jovius in vita Matthæi Mogoi.

Tractu.

Palæstini divinatione buccularum usi sunt in dignoscendis ca- lamitatibus ob Arcam Domini immisiss. i. Reg. 6. & 7. Item 2. Reg. 6.

REGUM. EX OVIDIO, ARIETUM

Colore.

Tradit in libro Hetruscorum, si aries insolito colore fuerit indutus, portendit Imperatori rerum omnium felicitatem. Et super hoc liber Tarquinii transcriptus est ostentatio Tuf- l. B. Theat. vii. Human. Tom. II.

co, ibi reperitur, purpureo, aureove colore ovis, ariæve si af- pergeretur, principi ordinis, & generis summa, cum felicitate E largitatem auget, genus, progeniemque propagat in claritate, latioreque efficit. Hujusmodi igitur statum Imperatori in transitu vaticinatus. Virg. Eclog. ad Polionem, inquit:

Ipsè sed in pratris aries jam suave rubenti

Murice, jam croceo mutabit vellera lano.

Macrobi. lib. 3. c. 7. Saturn. Sic qua hora Antonius Geta Me- diolani ortus est, agnus vellere purpureo editus fuit, & galli- na ovum in aula purpureum protulit.

Lactè.

Qui ad Galaxion Bœotii incolunt, Dei Apollinis præsen- tiam lactis copia, & affluentia ferunt. Nam

Omnibus ex ovibus lac pingue effluxit, ut haustum.

Optimus ex venis, implebant dolia cuncti

Certatim, neque iter vacuus sive amphora que qua

Hicce domi mansit, facta omnia dolia multura.

Plutarchus de Pythia oraculis.

Fotu.

Ovis leonem patiens, Nicippo private adhuc tyrannidem portendit. Elian. l. 12. Var. histor.

Morte.

Mos fuit Spartanis ad bellum proficentibus greges in ex- tremo agmine habere, quo & ad sacra, & antequam signa con- ferrent, ad latandum hostiæ in promptu essent. Earum pecudum duces itineris erant capræ, quas catadas nominant pastores. Itaque cum Cleombrotus cum Spartanis ad Læstra penetra- ret, gregem invadentes lupi, ovis nullam sanè noxam intule- runt, solas verò catadas necaverunt: non obscuro indicio futu- ræ cladis. Paul. in Bœoticis.

PORCORUM.

Accessu.

Porcus multo ceno inquinatus, Byzantii, antequam capere- tur (Andronico seniore, & juniore imperantibus) cum sacri hymni canerentur in Ecclesiam irumpens, portendit mutatio- nem religionis. Gregoras lib. 8.

Partu.

Tot porcos scrofa parit, quot mammas habet. Si plures pa- riat portentum est. Itaque cum sus Ænæ Lavinii xxx. porcos pepererit albos, factum xxx. annis, ut Lavinienles condiderint oppidum Albam. Cujus suis, ac porcorum, etiam Varronis G azate vestigia apparebant Lavinii: simulacra etiam abenea in publico posita, & corpus matris ab facerdotibus, quod in sal- suta fuerat, demonstrabatur. Varro lib. 2. c. 4.

Morte.

Ex historia compertum, Theodato Gothorum rege curio- situs futura scrutante, insigni vanitate Judæum hominem por- cos triginta parvis edificis tribus jusse occludi, ac decimo cui- que nomina Gothorum facere, & Imperatoris præfectorum, inde ad certam diem quiescere. Peractis vero, uterat inunctum omnibus, ad præstitutum Theodatus cum Hebræo porcos pergit invisere: ubi mortuos comperit, quibus Gothorum facta erant nomina, & vivos autem, quibus erant præfectorum no- mina imposta, verum fetas è dorso defluxisse, quarum vici- retur dimidium: Quo sanè conjectatum, fore ut Romani exerci- tibus aboleretur dimidium, Gothis ad internecionem occisis. Calvus l. 13. c. 35.

URSORUM.

Ursas trahere dicuntur ii, qui Arctotrophis, id est, urso- rum altores appellantur: qui quidem in capite, & totius anima- H lis corpore tincturas appendentes, & pilos ex ipso condentes, eos, unâ cum tincturis dant perinde ac remedia, & amuleta, tanquam in morbis, & fascinantibus oculis confecti possint, Theod. Balsamon in VI. Synodum in Trullo.

LUPORUM.

Argui divinatione tauri à lupo consecrati regnum Danao attri- buerunt. Paulan. in Corinth.

Romanis, cum Callis, & Samnitibus ad Clusium depugna- turis, cum utrimque instructi starent, lupus cervam ex proxi- mis montibus persequens, medium inter utramque aciem per- currit spatium. Inde cervam à Gallos cursu delata conigitur. Lupus in Romanos aversus, per medios ordines incolumis eva- sit. Victi hostes, cum P. Decius consul se prius devovisset. Sabell. l. 7. Ann. 4.

LEONUM.

Sævitia.

Leones camelos devorantes, Xerxi infelicitis pugnæ indicium Hhh 2 fecerunt.



fecerunt : quandoquidem Icones , quoties aliunde effeis, A quo indigent, abstant ad invadendis camelis, quod animal nunquam antea nec experti fuerant illis, nec viderant. Herad. 1.7.

Blanditii, Mansuetudine.

SANDROCHUS SANEROGHOTOS, fugiens Alexandri iram ad Indos, cum fatigatione corporis forte in nemore quodam fopore pressus jacuisset ; Iconem ferunt enormi magnitudine ad ipsum accessisse, qui sudorem corpore manantem placide lambentem, atque somno excitatum, bellue immanitate exterritum, placide reliquerit. Hoc prodigio ad spem regni impulsus, post Alexandri interitum, Indis, ut rebellarent, persuasit : casusque Macedonibus regnum occupare eff ausus. Sabell. 1.7. Euv. 4. & Alex. lib. 2. c. 31.

HANNO Penu primus Iconem manu tractare ausus, & ostendere mansuetudinem, capitis damnatus est a Carthagenensibus, quasi omnia esset tyrannidis.

Similiter M. Antonius post Pharsalicam victoriam, cum mi- ma Cytheride curru triumphali Romam ingressus, quem Icones domiti trahebant, non sine quodam ostento temporum, generosos spiritus jugum illius subituros significante. Plin. lib. 8. cap. 16.

Morte.

Ante obitum Laurentii Medici, inter alia prodigia, qua praeserunt, Leo omnium, qui tum in cavea essent, nobilissimus Florentis aliorum savorum lacratu est. Jov. in Leone X. libro 1.

Sub morte Matthiae Corvini regis Ungariae Icones omnes, qui Budae asservabantur, interiere. Bonfin. 1.8. Dec. 4.

EQUORUM.

Mansuetudine.

Bucephalus sefforem unicum Alexandrum magnum etiam juvenem patiens, Philippum patrem magna spe impetii per illum ampliandi replevit. Curtius.

Hinnitii, Fremitu.

Germanorum proprium, equorum quoque praesagia, ac motus experiri. Publice aluntur iisdem nemoribus, atque lucis candidi, & nullo mortali opere contacti, quo pressos sacro curru sacerdos, ac rex, vel princeps civitatis comitantus, hinnitumque, ac fremitus observant. Nec ulli auspicio major fides non solum apud plebem, sed apud proceres, apud sacerdotes. Se enim ministros deorum, illos consocios putant. Corn. Tacit. de morib. Germanorum.

Progressu.

Rugiani, Balthici maris accolae, Suantovit idolum colant magna religione. Alebatur huic sacer equus albus, cuius juba, aut cauda pilos convellere nefarium dicebatur. Hunc solis sacerdoti pacendi, invivendique jus erat, ne divini animalis usus quo frequentior, eo vilior haberetur. In hoc equo Suantovitus adversus factorum suorum hostes bella gerere credebatur. Cujus rei praecipuum argumentum exibat, quod is nocturno tempore stabulo insilens adeo plerumque mane sudore, ac luto respersus videbatur, tanquam ad exercitationem veniendo, magnorum itinerum spatia percussisset. Auspicia quoque per eundem equum hujusmodi fumebantur. Cum bellum adversum aliquam provinciam suscipi placuisset, ante sanum triplex hallarum ordo ministrorum opera disponi solebat : in quorum quolibet binx e transverso juncturae magnitudine ordinis disparant. Ad quos equus du- standae expeditionis tempore, solemnem precatione praemis- sa, a sacerdote vestibulo productus, si propositos ordines ante dextro, quam laevo pede transiret, saustum gerendi bel- li omen accipiebatur. Sin laevum, vel semel dextro praetuli- set, petenda provincia propositum mutabatur. Nec prius certa navigatio praescribebatur, quam tria continue potius in- celtus vestigia cererentur. Saxo lib. 14. bistor. Danorum, & Crantz. lib. 5. Vandaliae.

Accusu.

Dionysium Hermocratis filium Syracusanum, ajunt, flumen equo transisse : cumque in luto equus concideret, cum desili- set, & ripae competem esse factum : atque sic relicto postmodum equo quasi non amplius suo, discessit. Cum autem sequeretur equus, & hinniret, apprehendit eum jubam ad ascendendum : moxque apum examen manum circumdedit. De his interro- gati Galeota, monarchiam ea re praesignificari responderunt. Aelian. 1.11. de var. bistor. & Plin. 1.8. c. 41.

Trada.

SYLVESTER II. equorum arbitrio cadaver suum plaustro im- positum committi post mortem imperavit. Platina.

Parva.

Magis Saporis regi Perfarum praedixere, uxorem parituram masculum, omen ex equa gravida captato. Agath. 1.4. Egra leporem pariens, infelicem pugnam Xeni portendit. Similiter mula mulum pariens. Vide Tit. Expeditionis infeli- cis prodigia.

ASINORUM.

C. MARIUS exul. cum Minturnis asellum repudiato pabulo ad aquam procurare vidisset : protinus concessit navicula per- secutores Syllanos effugit. Val. Max. 1.1. c. 5.

Anno 366. in Italia per Tusciam Annonariam res ridicula no- vam animis religionem iniecit. Pisforis sub horam diei tertiam, spectantibus multis, alius excelsum tribunal ascendit, atque inde rudium usque adeo compositum edidit, ut populum ac- currentem alloqui, & quaedam velle dicere videretur. Signo. 1.7. Imp. Occid.

CANUM.

CYRO Perfarum regi, cum ab Astyage avo expositus infans foret, canem ubera praebentem, illumque a feris defendentem pastor gregis invenisse traditur. Quae res futuram ipsius magni- tudinem haud dubie portendit. Justinus.

Qua die Jo. Ant. Campanus Episcopus Aretinus vita excelsit, serpini canes venatici iusti pidem ad illum perducit, domo vi illa, tanquam ad praemortuum herum frustra se pertrahi in- telligerent, educi nunquam poterunt : hidemque in posterum nec latrare, nec blandiri alicui visi, inedia, & iqualore defecit oc- cubere. Michael Fernus in eius vita.

Canes Lacedaemoniis ultimo anno belli Messenici, ululatu dato in castra venientes, victoriam portenderunt, Messenias excidium. Pausanias in Messenici.

Helvetiis ad Novariam contra Ludovicum XII. Galliae regem pro Maximiliano Sfortia pugnantibus, Gallorum canes relicti castris, magno, continenteque agmine Novariam intarunt : admistisque Helvetiis, qui in statione erant, corum cura lambere, caudas adulanter quatere, demissisque blandis au- ribus, singulis applaudere ceperunt. Jacobus Motinus dux Urientis, omine accepto ad Maximilianum contendit, eique victoriam de Gallis eff pollicitus : quod a majoribus effit ob- servatum, in auspiciis praetorium procul dubio corum fore vi- G storiam, ad quos hostium canes tanquam excelsibus ca- stris, ad tuta, fortunataque hospicia pervenissent. Jovius 1.11. bistor.

FELIUM.

STEPHANUS CARDANUS vir octogenarius, selem masculum educabat, haebatque in deliciis. Cum agrotans jam ageret ani- mam, eo strepitu, quo plerique morituri solent, felis e gradu fe- crexit in spondam duobus pedibus, inspicisque diu laboran- tem dominum, tandem edito clamore ingenti abiit, nec postea unquam visus est. Cardanus.

Simile fere quiddam auditum de Lanio, qui selem parvum, ac scabiosum miserum educavit quasi nolente uxore, quod fo- dus nimium videretur. Dormiebat hic inter virum, & uxorem. Contigit quandoque, ut unguis inter mammam uxoris teneret, laedebatque eam : tum illa, laedis, me, exclamavit. At felis non de more unguis contraxit, sed pedes vertit, ut qua pilus esset, illius carnem tangeret. Conjux territus dixit. Videtur hoc ani- mal ratione praeditum : nam & multa magni sensus, sed non tam H evidenti signa ediderat, & domino veniens semper obvium ibat. Paucis post diebus uxoris lanii mortua est, tumque felis quamvis diligenter quodvis, nusquam comparuit. Cardanus de rerum varietate 1.4. c. 75.

SIMIARUM.

Cum de victoria legatos ad Dodoneum Jovem Lacedaemo- niis misissent, & hi oraculum operientes, valculum cum fortibus certo possissent, Molossorum regis simia fortis ipsas huc illoc sparsit, confuditque. Responsum est, Lacedaemoniis non de vi- ctoria, sed de salute cogitandum. Has deorum minas sequens mox fortuna declaravit, famola illa pugna Leuctica Laceda- moniis afflicta. Petrarca.

MUSTELARUM.

Cum Ungarorum regis Salomonis, & Geysae ducis copiae ad montem Moriorodum propes sylvam Vaciam jamjam con- gressurae constitissent : Ladislaus Geysae frater, cum equum apprehensa lancea descendisset, & vertisset in gyrum, veptem forte

forte inter stentendum hasta tetigit. Cut eum mistela candidif- A sima infedisset, veluti imminens victoriam nuncia, per hantem in ducis gremium delabatur. Hinc sumpto felici auspicio ani- mos militum confirmavit, & certam victoriam pollicitus est. Bonfin. 1.3. Dec. 2.

MURUM.

Mures Romae aurum in templo sacratum arrodentes, belli ci- vilis inter Marium, & Syllam omen fecerunt. Plin. in Sylla.

Mures atrosi Lavinii clypeis argenteis, portenderunt bellum Maricum. Plin. 1.8. c. 57.

In Peru cum nulli mures essent, sub adventum Balasae Nunaez, qui eo a Carolo V. Imp. missus erat, repente tanta copia istorum apparuit, ut mazium, cannas, arbo- res, caeraeque fac coroderent : molestiaque Hispanos, errore Indos afficerent. Card. ex Petri Cieza Tom. 1. biff. Indorum.

SERPENTUM.

Serpentes Creto Lydorum regi imperii exitium por- tenderunt. Her. 1.11. c. 51.

Anguis insitata magnitudine confectus, infelicem pug- nam adversus Numantinos C. Hostilio Mancino consuli Rom. praesignificavit. Val. Max. 1.1. c. 6.

Anguis conspecti in cubili, Sempronio Gracchio, item T. Graccho ad arem mortem portenderunt. Val. 1.1. c. 6.

Anguis in muliere L. Sylla temporibus editus, bellum civile notavit. Alex. 1.2. c. 31.

Liberide in Neronis collo adhuc pueri comperta, ceci- nere vates, ubi serpente pupa ad serpentem abierat, id est, quod ex sine potentiam foret assequutus : quoniam exuta fe- cunditate quomodolibet visatur anguis. Cell. 1.10. c. 3. A. L.

In pelvi, in qua lavabatur, lapis conspectus serpens, qui oc- cidit non potuit, Aureliam imperium portendit. Fulg. 1.1. c. 4.

Viperam ingens in galeam, Ageo Vicecomiti victo- riam adversus Bononienses portendit. Jov. in vita Aelii : Petrarca.

Quidam serpentes in sinu gestantes, qui etiam adyppos dicebantur : hunc quidem die maligno natum esse, illum vero feliciter natum dicunt, & futuras felicitates, & in- felicitates annunciant, & alia quaedam nungunt, quae neque scribantur quidem, & digna sunt.

AQUATILUM, PISCUM DIVINA.

TIO. EX

Posu.

In Lyciae Myris, fonte Apollinis, quem Curium appellant, pisces ter fistula evocati, veniunt ad augurium. Deripete eos carnes obiectas latum est consensitibus, caudis abigere, di- rum. Plin. 1.32. c. 2. Plus de Anim. compar. apud Sarumaculum Lyciae inter Phellum, & Myram collocaet. De Lycio oraculo e piscibus ita Polycharum 1.2. eorum Lyciae. Cum ad mare per- veniunt, ubi nemus est in litore Apollinis sacratum, in quo gurgis est in arena, accedunt oraculo patentes, duos obeli- cos habentes, atque in utroque carnes numero decem affatas. Tunc sacerdos silens apud nemus afficit. Ilaudem, qui oracu- lum petunt, obeliscos in gurgitem proiciunt, ac expectant quid accidat. Post obeliscorum jactum gurgis impletur mari, tanta- que hujusmodi piscium copia ingreditur, ut aspectus ob- hanc rem ostendatur, ob magnitudinem vero, quodamque aufugiant. Cum vero piscium species notantur, sic oraculum petentes, res- ponsum accipiunt a sacerdote, pro quibus oraverunt : apparent autem cernuae, glauci, & balanae aliquando, & pristes multiq. D incogniti, neque antea conspecti. Armetidorus. 1.11.

Geographiae dicere solitos narrat incolas, fontem dulcis aequi natum esse, unde acidi gurgites fieri, piscesque magnos in lo- co vorticoso esse, quibus sacrificantes primitias in lignis veru- culis jaciunt, periculum eorum facientes, carnes scilicet affatas, ac laxatas placentas, & panes. Nominatur hic portus, & locus, Dimus. Aelian. 1.8. c. 2. & Cell. 1.7. c. 29.

Congressus.

AUGUSTUS cum propes Siciliam contra Pompejanos ( quos ideo contemprat, quod brevi ab Agrippa superati essent ) in- feliciter pugnaasset, iniquo animo cum se rebat ignominiam : nec ante receptionem, quam piscis, ultrò e mari saliens, ad pedes ejus accidit, atque a vatibus ob eam causam responsum est. Siciliam in ejus potestate fore. Xiphil. in Aug.

E lacu quodam Normanniae crecti noctu pisces Henrico II. Anglorum regi mortem portendere. Polya. 1.13.

Apud Norvegas in lacu Mos apparuit centium, serpens L. B. Thras. vit. Human. Tom. 11.

mitz magnitudinis, qui, ut comete orbi relinquo, sic in porten- dit Norvegiae mutationem rerum. Visus est anno Sal. m. d. xx. 11. alie eminens super aquas, convolutus in spiram. Existimatus est, conjectura collecta procul visus, cubitorum quinquaginta. Et fuit sequuta ejectio regis Christierni II. Zieglerus Scandia.

Accusu.

Cetus triginta cubitorum apud Byzantium appars, portendit belli Gothici exitum in Italia. Cal. lib. 8. cap. 11. A. L. ex Procopio.

Anno 1335. prodigii loco habitum est, cete grandia innatae se Travenam, pervenisseque ad Lubeca urbis vicina, longi- tudine octo, & decem, latitudine quatuor, & viginti pedum : quae fuit necdum adulator, sed media etate crescentium ma- gnitudo. Eodem tempore cepit inter reges Franciae, & Angliae diuturna illa de regno Franciae conflictatio. Crantz. lib. 8. Vandaliae, c. 17.

Abione.

Remora pisciculus, praetoriam navim M. Antonii Aetia- gregio tenens, donec exhortatus suos transiret in aliam, infeli- cis pugnae omen fecit. Plin. 1.32. c. 1.

Dono.

Testudo a piscatore dono oblata parti Clodii Albi imperi- rium filio portendit. Cum historia prodar, id in Caesarum fa- milia peculiaris servatum, uti domus parvuli testudineis la- ventur alveis. Cell. 1.10. c. 3. A. L.

Apparitione insolenti.

Est notatum apud Septentrionales, quotiescunque extra- huntur a mari monstrofi pisces, leonina vel humana, facie, & similibus, quod semper discordiam, & bella in terris porten- dant. Olaus 1.2. c. 1.

In aestuario Fife regionis Scotiae apparent interdum malo omine, ingentique hominum metu portenta quaedam, facie hu- mana cucullos monachorum, ut apparet, induta, ac umbilico tenus aqua extantia, Bassinatia vernacula lingua. H. Boet. in Scotia descriptione.

INSECTORUM QUORUM LIBET DIVINATIO.

Apes in campis Philippicis supra castra glomeratae, M. Bru- to inhaesit. Plin. in Bruto.

Eadem in castris Drusi prosperam contra Germanos pu- gniam denotare. Plin. 11. c. 17.

MUSCARUM.

Muscae poculis, & dapibus Rom. militum insidentes, dum expeditionem in Mesopotamiam parant, Trajani mortem por- tenderunt. Cusp. A. D.

FORMICARUM.

Mydae illi Phrygio, cum puer esset, domienti, Formice in os tritici grana congeserunt. Ditissimum fore praedictum est : quod evenit. At Platonem, cum in cunis patrum dormien- ti apes in labellis confedissent, responsum est, singularem illum suavitatis orationis fore. Ita futura eloquentia praevia in infan- te est. Cicero. 1.3. de natura Deorum.

CIMONI contra Persas expeditionem suscipienti, agmen For- micarum inter sacrificandum sanguinem concretum rapiens, paulatimque ad Cimoneum delcens, & pollicis pedis circummi- tiens, mortem portendit. Plin. in Cimone. Certamen inter for- micas majores, & minores, quarum haec multitudine tandem ma- jores ad inter necionem deleverunt, spectante exercitu Eugenii H IV. commissum in agris Bononicis pyro arbore. En. Sylva. cap. 53. Europa delcibit. Formice anno Christi 1521. in regis hor- tis Upsaliae, & Holmae infestis coeuntes animis, Christiemo II. regi apud Syccos exilium denotarunt. Olaus 1.22. c. 20.

LOCUSTARUM.

Primam expeditionem sacram Hierosolymitanam an. 1096. Claromonte institutam, Locustarum repente nata vis tanta praecessit, ut nubium instar Solis lucem adimeret. Signo. 1. regni Ital.

BRUCHORUM.

TAMBERLANES Hierosolymam expugnare instituerat : sed cum Bruchi exercitum ejus vexarent, ad montem se interpreta- tus a Deo, ea re temperavit. Crantz. 1.10. Vand. c. 5.

ARANEARUM.

Apud Thebas Boeotias, cum in templo Legiserae Cereris sub Leucticae pugnae tempus (quando auspiciis Epaminonda Spartanos vicerunt ) Aranea abas circa valvas texuisset telas,